



10/7.






SYNODUS
DIOECESANA
MASSANA
MDCCXXIII.

DECRETA
SYNODI
DIOECESANÆ
MASSANÆ

CELEBRATÆ

IN ECCLESIA CATHEDRALI
Die 18. 19. & 20. Aprilis
MDCCXXIII.



Santi Cantini

LUCÆ MDCCXXIII.
Typis Sebastiani Dom. Cappuri. *Super. permissu.*

S. C.

D. EUSEBIUS CIANI

PATRITIUS SENENSIS

Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Gratia

EPISCOPUS MASSÆ, ET POPULONIÆ

Venerabilibus Fratribus Canonicis, & Cathedralis Ecclesiæ Capitulo, ac Diœcesis Nostræ Parochis, cæterisque Clericis Salutem.



Unquam libentius cœlestis ille Pastorum Prototipus, qui summo è Cœlo egressus exultavit ut Gigas ad currendam viam, nostramque lacrymarum scaturiginem percurrendam, ut Gregem jam dispersum colligeret, in rectas quoque, & planas vias revocaret, nunquam fructuosius edocuit, quam suo solertissimum cum opus exemplo, vigilantem industriam, assiduumque laborem Nos pariter *Psal. 18.*

riter impenſuros, jam in ejuſdem Miniſterii ſortem vocatos, ut ad Gregis commiſſi curam fideliter excubemus, evidentiſſimè demonſtravit. Hinc Nos Dei gratia, ſummoque Apoſtolicæ Sedis Beneficio ad tanti muneris dignitatem evecti, ullo ne Officii Paſtoralis modo partes deſiderentur, hanc in Diœceſim oneri, quamvis impares, vocati, crediti Nobis Gregis ſaluti ſedulo intendere pro viribus cupientes, Diœceſana peracta Viſitatione, omnium Veſtrum indicto Conſeſſu, auxilio quorum hanc tam arduam Regiminis molem ſuſtinemus, in Noſtra primam Cathedrali Eccleſia Synodum duximus cogendam, ac ea decerni libuit, quæ ad Animarum ſalutem, ad Religionis ornamentum, ad Eccleſiaſticæ Diſciplinæ integritatem conducere videbantur. Vobis igitur, Venerabiles Fratres, dilectiſſimi Filii, legitimè, pièque Congregati, quod ſuo Dominus fervidiſſimo afflatu Noſtrum in medio non ſe ſe deſinat aſſidere, ſub perniciosæ hæſitationis nubilo verſari non licet. Siquidem non deficere in neceſſariis Deum, (& cunctis hoc in rebus creatis) ità multo minus, illis, quos dedit in lucem gentium, ut ſuo facem exemplo pręferant Sanctitatis, vitiorum diſſipent caligines, reliquis reſerent pietatis ad Cœlum ſemitam, ſuum nunquam denegare, etiam ſpeciale ſubſidium communi omnium aſſenſu autumatur. Nec poterat, [ſi ſummæ Veritatis ſpectemus ſermonem, Dii eſtis, dicentis] Regale Sacerdotium, genus electum, ſal terræ, lucem mundi, Sydera Firmamenti, Divini Solis Vicarios, Arcæ Cuſtodes, in Chriſtiana Republica rerum

Math.18. *Iſaia 49.* *Pſal.81.*

rerum cœlestium Indices, Virgam, qua Cœlestis Moyses electum Populum ab inferni Pharaonis captivitate liberat, lapidem tartareum Goliath interimentem, Ensem tenebricosum Holofernem temulentum prosternentem, columnam igneam, quamvis nocte luce sanctitatis fulgentem, in numero illorum, quorum non est memor amplius, collocare. Verùm enimuero Vos induere Dei Justitiam, vestra, ut Propheta loquitur, labia scientiam expedit custodire; quoniam ab hoc Divini Salomonis Templo abesse sapientia non potest, in quo non jam super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, sed ipsum Dei Verbum factum est Doctrina pacis nostræ, manifestans abscondita à Constitutione Mundi. Sicque Dominus Jesus Christus scientiæ suis in Ministris perlustrans necessitatem, non prius erudiendum orbem commisit Apostolis, atque ad dandam scientiam salutis plebi ejus, quam eos Spiritus superveniens Divino Linguarum magisterio in omnem Sapientiæ Claritatem instruxit: nec non eo Paracleti miraculo visa terras ita fuit pervadere disciplina cœlestis, ut inter Christianæ Religionis dogmata sanctioribus institutis animos colat ad pietatem, & jam in hoc terrestri Ecclesiæ Paradiso, in quo veræ arbor vitæ consita est, non jam invito, sed invitante Deo, fas est scientiæ lignum degustare. Verum omnium virtutum cultui se maximè necessariam, arctaque pariter se esse affinitate copulatam nobis vitæ probitas repræsentat; idcircò duas hasce virtutes, tamquam duo præstantissima vestræ di-

Exod. 12. *Num. 17.* *1. Reg. 17.* *Exod. 12.* *Psalm. 13.* *Malac. 2.* *Math. 23.* *Isa. 23.* *Math.* *Zac. 2.* *Act. 2.* *Gene. 3.*

dignitatis decora, quæ omnium ad se oculos, animosque convertant, Vobis impensius commendamus; hæc quoniam duo sunt luminaria magna in Ecclesiæ Firmamento, quorum unum præesse debet nocti, videlicet ad ignorantiæ tenebras illuminandas; alterum diei, hoc est ad omnem pulchritudinis speciem terris inferendam. Hæc est illa Serpentis prudentia, hæc illa Columbæ simplicitas, quas in illis Dominus Noster requirit, quos hominum moribus instituit reformandis. Nos Divino igitur freti auxilio has in diversis nostras temporibus jam ab aliis prælo commissas, ad vitæ probitatem spectantes synodales vobis demandamus Constitutiones, quæ utpotè, vel à Romanis Pontificibus, vel à Sacra Congregatione, vel ab aliis Ecclesiæ luminibus emanatæ, ac innumeris, ut ita dicam, receptæ regionibus, eandem hilari prorsus animo, ac summa cum alacritate à Vobis exoptant approbationem. Ferte igitur, sicuti estis gloria Nostra, & gaudium pondus diei, & estus, ne jam spes nostra concepta suis orbata effectibus recrudescat, ne infructuosa labor desidia tepescat; ne vota nostra ad ovium incolumitatem commissarum nobis singulariter tendentia diffugiant, vestrum opus, vestramque Apostolicam solertiam ad sanctificationis culmen animas dirigentem, omnibus viribus incessanter præbete; ne vos tantum Auditores Legum socordes, sed accuratissimos executores, acerrimosque propugnatores appellere conveniat; Nihil enim tantum patrasse laborem in Synodalium Decretorum sanctione existimamus juva-

Gen. 1.

vaturum, nisi in praxi eorumdem perutili curanda studium vestrum admovetis, quæ vestro nec sine assensu condere libuit, nec vestro sine medio obtinére posse speramus. At in Vobis omnibus virentem agnoscentes vigorem, firmam virtutem, membraque consentanea Capiti, Deo annuente istarum eritis legum Columnæ, fortesque Clypei, easque in tabulis Cordis, in moribus ipsis esse scripturas, & vestra immortali cum gloria, summa Nostra cum exultatione, ac in primis Dei Omnipotentis cum laude quo duce gloriam Vobis apprecamur æternam, repromittimus.

In Nomine Sanctissime, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

NOS Eusebius Ciani Dei, & Sanctæ Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Massæ, & Populonii ad Dei Omnipotentis, Beatissimæ Virginis Deiparæ, Sancti Cerbonii Episcopi Massanæque Protectoris Diœcesis, aliorumve Sanctorum Titularium honorem, & laudem in hac prima Nostra Diœcesana Synodo, monitiones, Ordinationes, Decreta, Statuta, & Constitutiones, ut infrà, emittimus, statuimus, decernimus, & promulgamus, ad confirmandam, augendamque Ecclesiasticam Disciplinam, Christianamve Morum probitatem, qua Dilectissimum Gregem nostræ curæ commissum in dies magis magisque progredi, ac de Virtute in Virtutem ad perfectionis culmen pergere flagrantissime cupimus, ac ardore piissimo exoptamus.

CON-

CONSTITUTIONES SYNODALES

Decretum de non præjudicando.

AD omnem Clericum, cui fortè in hac Synodo sua Sede in Congregationibus, & suo non sedere, nec incedere loco in Processionibus contigerit, hanc eum ob causam scire oportet in aliquo suum circa jus, & possessionem non esse præjudicandum, nec alteri jus quæsitum, & consultum unius cujusque indemnitati volentes, edocendum, ut cunctæ à nobis controversiæ recedant, necessariam de non præjudicando Decreti existimavimus præmissionem.

CAP. I.

De Fidei Professione.

CUm Virtutum omnium fundamentum sit Fides, cui præcipuè Religionis Christianæ innititur ædificium, & sine ea impossibile sit placere Deo, ideò juremerito in ea fulcienda, & propaganda potissimum Pastorum Cura, & sollicitudo versari debet. Ab ea itaque hujus nostræ Synodi sumentes exordium, & Sacri Concilii Tridentini Decretis, summorumque Pontificum Constitutioni-

nibus inhærentes [emissa ab omnibus prædicta Fidei Professione, qui in alia transacta synodo non ediderè) volumus, & decernimus, ut omnes ad Dignitates, & Canonicatus in Cathedrali, sive ad alia Ecclesiastica Beneficia Curam animarum habentia, vel etiam simplicia, in hac nostra Civitate, ac Diœcesi Massana ad præscriptum dicti Sacri Concilii ad minus infrà duos Menses à die adeptæ Possessionis coram nobis, vel Vicario nostro Generali prædictam Fidei Professionem emittant sicuti in Decreto habemus de Anno 1564. 13. Novembris: *Provisi de Dignationibus, & Canonicatibus in Cathedralibus, & Superioribus Ecclesiis debent observare formam Professionis orthodoxæ Fidei, quam præscribit Pius IV. in Bulla*, quæ est, ut sequitur.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

INjunctum nobis Apostolicæ servitutis officium requirit, ut ea, quæ Dominus Omnipotens ad providam Ecclesiæ suæ directionem Sanctis Patribus in nomine suo congregatis divinitus inspirare dignatus est ad ejus laudem, & gloriam incunctanter exequi properamus. Cum itaque juxtà Concilii Tridentini dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & Superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuscumque bene-

beneficiis Ecclesiasticis, curam animarum habentibus provideri contingat, publicam orthodoxæ Fidei Professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & jurare teneantur: nos volentes etiam per quoscumque, quibus de Monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militarium, quocumque nomine, vel titulo providebitur, idem servari, & ad hoc ut unius, & ejusdem Fidei Professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque, & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in aliquo minimè desiderari, formam ipsam præsentibus adnotatam publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex Decretis ipsius Concilii, & alios prædictos spectat, recipi, & observari, ac sub pœnis per Concilium ipsum in contravenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam Professionem prædictam solemniter fieri, Auctoritate Apostolica tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus hujusmodi sub tenore.

Ego N. firma Fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo S. R. E. utitur videlicet: Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et Incarnatus est de

de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, Passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujas Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi Saculi. Amen. Apostclicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam, juxtà eum sensum, quem tenuit, & tenet S. Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpetratione Sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxtà unanimem consensum Patrum accipiam, & interpetrabor. Profiteor quoque septem esse vera, & propria Sacramenta novæ Legis, à Jesù Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani Generis, licèt non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his, Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine Sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni admi-

ni-

nistratione recipio, & admitto. Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de justificazione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in SS. Eucharistia Sacramento esse, vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, una cum Anima, & Divinitate Domini Nostri Jesu Christi, fierique convertionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas Fidelium Suffragiis juvari. Similiter, & Sanctos, una cum Christo regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Snnctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Cristi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Cetera item omnia à Sacris, Canonibus, Æcumenicis Conciliis,

ac

ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extrà quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti spontè profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & immaculatam usque ad extremum Vitæ Spiritum constantissimè Deo adjuvante retinere, & confiteri, atque à meis subditis, seù illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, aciuro: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Volumus autem, quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur, & ut omnibus facilius pateant in ejus quinterno describantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idib. Novemb. Pontificatus nostri anno quinto.

Lectæ, & publicatæ fuerunt suprascriptæ literæ Romæ in Cancellria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ 1564. die verò Sabbati 6. Mensis Decembris Pontificatus SS. in Christo Patris, & D. N. D. Pii Papæ IV. anno 5.

A. Lomellinus Custos.

Di-

Dignitates verò, & Canonici etiam in Capitulo idipsum in manu Præsidentis sub pœna privationis fructuum reiterare teneantur. Quando verò se se res diversimodè habeat, juxtà Congregationis Decretum 1590. 18. Apr. emanatum, non est reiteratio necessaria, cujus hæc sunt verba: *Non est necessarium, ut Professio Fidei prius coram Episcopo, vel ejus Vicario, postmodum coram Capitulo separatim fiat, sed si Episcopus adsit in Capitulo, satis est, ut Episcopo præsente semel fiat in Capitulo. Ita Congr. Concil. in Seguntina.*

Prætereà ii, qui publicè, vel privatim Pueros, Adolescentesque edocent Grammaticam, vel alias artes liberales, etiamsi Regulares existant: item Medici, Chirurgi, omnesque alii, qui de jure, vel consuetudine tenentur, cogantur eamdem Professionem emittere, aliàs etiam censuris ab eorum muneribus expellentur; quod Pius IV. in Bullar. to. 2. Constit. 90. sub interdicti pœna Anno 1564. 13. Nov. injunxit Episcopis sic colloquens: *Episcopus non exigens, nec recipiens à Doctoribus, aliisve cujusvis artis, & facultatis professoribus Fidei Professionem, incurrit pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ.* Quæ Fidei Professio neque potest per Procuratorem emitti à proviso de Canonicatu in Cathedralibus, juxtà Congregationis Decretum anno 1696. 22. Septemb. editum.

CAP. II.

De Judæis.

UT Judaicæ perfidiæ occasiones corrumpendi bonos Christianorum mores, quantum fieri potest, adimantur, & Sacrorum Canonum Decretis edicimus, ne Judæi sub arbitrii nostri pœna diebus festis emant, vendant, aut alio quovis modo nullum à Sanctorum agant temporum veneratione, cultuque alienum. Ad Monialium nunquam accedant Monasteria, *ut Congregatio Episcop. in Ravennaten. declaravit anno* 1594. 28. *Nov. dicens: non est permittendus Judæis accessus ad Moniales.* Calices, sacras vestes, ornamenta, & habitus, quibus Ecclesiasticæ personæ ad Missæ Sacrificium peragendum, ac alia exercenda divina, utuntur, sicuti etiam Jesu Christi, Deiparæ Virginis, ac Sanctorum Imagines nullo pacto Judæi coemant, aut quovis titulo retineant, pœna ipsis utroque casu, & pro singulis transgressionibus inflicta emptarum rerum amissionis, & dupli solutionis, quo fuerint æstimatæ.

Sub excommunicationis pœna ipso jure lata, & aliis à Sacris Canonibus statutis pœnis omninò interdicimus, ne Christiani ulla in re Judæis inserviant, neque obstetricando, neque lactando, neque educando, nec in diebus Sabbati ignis, aut luminis accensione ipsis deserviendo, aut aliud quodvis ministerium impendendo: etsi in diem, vel horam eis operas suas locaverint, cibum apud illos

illos minimè capiant, aut illorum efcis vefcantur, neque ab eifdem efculenta, aut poculenta, aut inufitata medicamenta emant, vel gratis oblata recipiant, neque Medicos Judæos accerfant, nec ullam penitus artem ab illis addifcant, ac multò minus ad Convivia, nuptias, vel dies Feftos, & Judæorum Synagogas accedant, aut cum eis ludant, vel, quod deteftabilius eft, choreas ducant; omnes tandem focietates, conjunctionem, & nimias familiaritàtes cum illis habere, omninò fub pœnis à Jure, & aliis arbitrio noftro refervatis prohibemus.

Qui autem ipforum ritus aliquo modo approbaret, conficiendos azymos panes, ut illis distribueret, vel cum ipfis de divinatione, arte magyca, aut actione quâcumque fuperftitiosâ, feù maleficia, & veneficia conficienda, aut deftruenda tractaret, fit ipfo facto excommunicatus: Judeos verò omnibus bonis fpoliatos, iifque Sæculari Fifco applicatis, ad Triremes perpetuo dâmnari volumus.

Interdicitur pariter Euchariftiam in Fefto SS. Corporis Chrifti deferre per vias Hebræorum, *ut Congregatio definivit anno* 1593. 22. *Feb.*: ac infuper omnibus Chriftifidelibus in apothæcis Judæorum, tamquam miniftri permanere, quos vulgò vocant *Garzoni*, fi ipfi ut plurimum ibi Judæi commorentur: ubi autem non affiftent, fed Chriftiano Miniftro omnimodam adminiftrationem relinquent, poterit hic in apothæca manere à Judeæo conducta. Verùm nè fimplices, & rudes Adolefcentes fubverfionis periculo exponantur, nullus Chriftifidelis, vel tamquam Artifex, aut tamquam Minifter in

Judæorum officinis artem exerceat, nisi prius à nobis, vel Vicario nostro Generali approbetur habita prius ratione ætatis, & morum.

Insuper volumus, quod causæ Matrimoniales Hebræorum, *docent nos Congregationis Episcoporum in Cremonen. Decreto anno* 1580. 11. *Octob. edito, quod sic jacet. Causæ Matrimoniales, etiam uxorum à marito fugentium, spectant ad Forum Ecclesiasticum, etiam inter Hebræos; & Episcopus debet has aufugientes cogere ad suos viros redire: nisi uxores hebreæ à viris aufugissent, ut Christi Fidem amplecterentur, quo casu essent protegendæ, & adjuvandæ*: etiam ad nos pertineant.

Postremò tandem si lactandi puerum hebræum, necessitas urgeat, id non fiat à Christiana Muliere, nisi cum nostra, vel Vicariorum nostrorum in scriptis obtinendâ licentiâ, & extra Judæorum domum; quo casu volumus Parochum fore sollicitum de Mulieris hujusmodi cum Pueri Propinquis indaganda conversatione, habeatque onus referendi nobis, & denunciandi, si quid scandali exinde fortè oriturum cognosceret. Qui autem non paruerit nostri supradictis Mandatis, pœnâ gravissimâ usque ad censuras inclusivè erunt puniendi.

Quoniam verò Misericors Deus, qui potest facere de immundis mundos, & de peccatoribus justos, & Sanctos, quosdam de Synagoga revocat aliquando ad Ecclesiam suam, benignè eos accipiendos jubemus servatis tamen à sequenti Constitutione præscriptis.

Con-

Constitutio D. N. D. Clementis PP. XI. super Confirmatione, & ampliatione Constitutionis Pauli PP. III. de Privilegiis Neophytorum, quoad bona temporalia, cum aliis ordinationibus pro faciliori Infidelium, ac præsertim Judæorum conversione.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

PRopaganda per universum terrarum Orbem Christianæ Fidei, cujus illibatum, ac perenne depositum Romana in primis servat Ecclesia, pro commissi nobis Apostolici muneris debitò jugiter intendentes, dum in remotissimas quasque partes Evangelii Præcones ablegare satagimus, in eam simul curam diligenter incumbimus, ut quicumque disjectis infidelitatis tenebris ad verum Justitiæ Solem, qui Christus est agnoscendum, eo adjuvante, festinant, nullis, quoad fieri potest, humanarum rerum obstaculis impediantur; sicque ad Catholicæ Ecclesiæ gremium ex omni natione, quæ sub cœlo est, eò frequentior, quò facilior expediatur accessus.

Quamvis enim non temporalium rerum commodo, sed æternæ potius hæreditatis intuitu ad suscipiendam Christi Fidem Infideles allici oporteat, quin etiam edoceri præcipuam Christiani hominis gloriam in eo maxime sitam esse, ut terrena despiciat, existimetque omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam

tiam

tiam Jesu Christi Domini nostri ; nihilominus rationi congruum, & piæ Matris Ecclesiæ institutis consentaneum arbitramur, ita paternam nostram erga eos, qui adhuc in Fide parvuli lacte potius, quam cibo solido nutriendi sunt providentiam temperare, ut infirmiores quique à Christiana Religionis proposito, amittendarum facultatum, incurrendeque prorsus miseræ egestatis horrore non retrahantur : cum potius, juxtà Canonicas Sanctiones, eos, qui ad Fidem veniunt, melioris conditionis esse oporteat post Baptismum, quàm antequam Fidem susciperent haberentur, & in illis etiam impleri debeat Christi certa promissio : quærite primum Regnum Dei, & Justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

Quam quidem ob causam complures Romani Pontifices Prædecessores Nostri, pro tradita sibi divinitus in eis, quæ ad ejusdem Sanctæ Fidei favorem, & propagationem pertinent, Apstolica potestate, multa in Neophytorum commodum privilegia concesserunt : aliis quoque additis ordinationibus, quibus, & indemnitati ipsorum, & Christianæ Religionis dignitati, & faciliori simul Infidelium conversioni consultum foret ; præcipuè vero fel. rec. Paulus PP. III. Apostolicam constitutionem edidit in hac verba, videlicet :

Paulus P. III. ad perpetuam rei memoriam.

Cupientes Judæos, & alios Infideles quoslibet ad Fidem Catholicam converti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eâdem Fide non distrahi, motu proprio, & ex certa nostra scientiâ, authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, hac inposterum valitura

tura constitutione sancimus, quod cuicumque eorumdem Judaeorum, & Infidelium ad dictam Fidem converti volenti, etiamsì in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quaecumque, tàm mobilia, quàm immobilia intacta, & illaesa permaneant. Ita ut etiam Filiifamilias, & in patria potestate, ut praefertur, constituti, Legitima, & quacumque portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de jure, seu successione bonorum eis aliàs debitorum, per eorum parentes fraudari, aut privari non possint, neque debeant; sed eis integrè, etiamsì contra voluntatem parentum suorum ad Fidem ipsam conversi fuerint, etiam eorum parentibus viventibus, debeantur.

Et si bona ipsa ex usura, aut illicito quaestu fuerint acquisita, & notae sint personae, quibus eorum fuerit de jure facienda restitutio (quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum) illa eisdem personis omninò restituantur; personis verò non extantibus praedictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiae in pios usus convertenda, bona hujusmodi eisdem Judaeis, & aliis Infidelibus, in favorem suscepti Baptismatis, tanquam in pium usum liberè concedimus, eaque apud ipsos sic conversos Judaeos, & alios Infideles remanere decernimus. Interdicentes sub divini anathematis poena, quibusvis tàm Ecclesiasticis, quàm saecularibus personis, ne ullam super bonis hujusmodi, quovis quaesito colore, molestiam inferant, aut inferri patiantur; sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint.

Et quoniam, ut scriptum est, qui habuerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem suum necess-

cessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in ipso ? si ipsi conversionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tàm Ecclesiasticos, quàm Saculares, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, ut ipsis conversis manus porrigant adiutrices : ipsi quoque Diœcesani, non solum Christianos, ad subveniendum ipsis exhortentur, sed etiam, tàm de redditibus Ecclesiarum, prout poterunt, quàm de his, quæ ad pauperum usus per ipsos convertendos devolvuntur, hujusmodi Neophytos sustentare non negligant, ipsosque à detrationibus, & contumeliis paterna affectione defendant.

Et quoniam per gratiam Baptismi cives Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longèque dignius existit regnare spiritu, quàm nasci carne, eàdem Constitutione statuimus, ut Civitatum, & Locorum, in quibus Sancto Baptismate pro tempore regenerabuntur, verè Cives sint, & privilegiis, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alii ratione nativitatis, & originis dumtaxat consequuntur, gaudeant.

Curent insuper Sacerdotes Baptizantes, & alii de sacro Fonte eos suscipientes, tàm ante Baptismum, quàm post, illos in Articulis Fidei, ac Legis novæ præceptis, Catholicæque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tàm ipsi, quàm Diœcesani operam dent, ne cum aliis Judæis, seù Infidelibus, saltem per longum tempus, conversentur, ne, sicut quandoque contingit, ab infirmitate curatis modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat.

Et quoniam experientià teste compertum est, mutuam ipsorum Neophytorum inter se conversationem, ipsos

ipsos in Fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere, hortamur locorum Ordinarios, ut quantum pro incremento Fidei viderint expedire, curent, & studeant Neophytos ipsos cum originariis Christianis matrimonio copulare.

Et probibeant eisdem sub gravibus pœnis, ne mortuos more Judaeorum sepelliant, aut Sabbata, aliasque Solemnitates, & antiquæ Sectæ ritus quoquo modo observent, sed & Ecclesias, & prædicationes, prout alii Catholici, frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant.

Contemptores autem prædictorum, per Sacerdotes, in quorum Parochiis degunt, aut alios, ad quos de jure, vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscumque, Diœcesanis, seù Inquisitoribus hæreticæ pravitatis deferant, & invocato, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis per eos taliter puniantur, quod aliis transeat in exemplum. Et insuper de his omnibus in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis diligens fiat inquisitio, & tàm circa Episcopos, & Sacerdotes in præmissis negligentes, quàm ipsos Neophytos, & Infideles prædictos contemptores, opportunum adhibeatur remedium.

Si quis autem cujuscumque gradus, vel Praeminentiæ fuerit, hujusmodi Neophytos, ne observationem ritus Christiani, & aliorum præmissorum complectantur, foverit, aut defenderit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas ipso facto incurrat; Neophyti verò si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, & ad vomitum judaizantes redire comperti sint, contrà eos tamquam perfidos Hæreticos, per

D Or-

Ordinarios locorum, secundum sacrorum Canonum instituta procedatur.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis privilegiis, indultis, & literis etiam Apostolicis, seù etiam Regiis, vel Imperialibus, eisdem Judæis, vel Infidelibus quomodolibet concessis, quæ quatenus in detrimentum Catholicæ Fidei, aut nominis christiani, seù aliquorum ex præmissis, quomodolibet vergent, & ad effectum præsentium, cassamus, & irritamus, ac cassa, & irrita esse decernimus, aliis decretis, & constitutionibus Apostolicis, quæ super præmissis sunt condita, suo robore duraturis.

Et, ut hujusmodi Sanctæ Constitutionis jugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ingnorantiam prætendere possit, illam per singulas Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias, aliaque pia Loca, in quibus erit uberior Fidelium concursus, semel in anno ad minus infrà Divina publicari volumus, & decernimus.

Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferre, volumus, & etiam declaramus, quod earumdem præsentium transumptis, seù copiis etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, ubicumque forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris die 21. Mar. 1542. Pontificatus nostri anno 8.

Nos igitur, ne tàm salubris Constitutionis memoria temporis diuturnitate deficiat, observantia neglectu cujuspiam obsolescat, aut etiam Fidei hostium dolo notitià converti volentibus supprimatur, de nonnul-

nullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E.Cardinalium, & dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus hujusmodi negotium commisimus expendendum, consilio, atque etiam motu proprio, ex certà scientià, ac maturà deliberatione, Nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine eamdem præinsertam Constitutionem, omniaque, & singula in eà contenta tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus, eamque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari perpetuis futuris temporibus debere statuimus, & mandamus.

Simulque ad omnis dubitationis umbram penitùs removendam, eadem à memorato Paulo Prædecessore statuta clarius explicantes, & quatenus opus sit, etiam amplius extendentes, bona qualibet adventitia, quocumque modo talia censeantur, ad Filiosfamilias Christianam Religionem profitentes, utpotè à patriæ potestatis jugo, quo Parentibus infidelibus subdebantur, sacri Baptismatis beneficio prorsus exemptos, pleno jure spectare, neque super illis usumfructum aut aliud quodcumque jus præfatis Parentibus, quamdiù in infidelitate permanserint, ullo modo competere; è contrà verò Parentes ipsos, aliosque quoscumque, qui conversis, eorumque descendentibus aliàs alimenta, seù dotem præstare quocumque titulo, etiam in subsidium tenerentur ad eadem alimenta, seù dotem illis subministranda pariter teneri, & obligatos esse post conversionem eorum, similiter tenore præsentium declaramus, atque etiam ex integro statuimus, decernimus, & mandamus.

Et quoniam Infidelium, ac præ ceteris Judæorum, malitiam eòusque in odium Christiani nominis proces-

D 2 *fisse*

ſiſſe pluries compertum eſt, ut bona ſua occultando, ſeù in alios transferendo, vel aliàs de illis inter vivos, vel etiam in ultima voluntate diſponendo, filios, alioſque conſanguineos ad Chriſti Fidem converſos eorumdem bonorum ſucceſſione, ad quam ab inteſtato legitimè admittendi fuiſſent, aut rec. mem. Gregorii PP. XIII. Prædeceſſoris noſtri, qui per ſuas quaſdam ſub anulo Piſcatoris die 13. *Sept.* 1581. *Pontificatus ſui anno* 10. *datas literas hujuſmodi malo, utpotè in Chriſtianæ Fidei detrimentum cedenti, occurrendum meritò cenſuit, veſtigiis inhærentes, Judæos quoslibet, ſicut & alios Infideles bona ſua, & jura quacumque in præjudicium filiorum, aut aliorum conſanguineorum, qui aliàs ipſis ab inteſtato decedentibus ſucceſſuri eſſent, & Chriſtianam ſuſceperint Religionem, quocumque modo alienare, ſeù occultare, vel diminuere inter vivos, aut in qualibet ultima voluntate non poſſe; ſed potius eadem bona, & jura quacumque (tradita ſtatim poſt Baptiſmum Legitimà quibuſcumque aliàs poſt obitum competeret eorumdem) integrè conſervare teneri, & obligatos eſſe; tàmque ipſos, quàm alios bonorum eorumdem detentores vel occupatores ad illa, ſeù eorum rationes, quoties opus fuerit, exhibenda, & de eiſdem Inventarium legitimè faciendum, & de utendo, & fruendo arbitrio boni viri cavendum opportunis Juris, & facti remediis compelli poſſe, atque in eorum bonis, & juribus, ſi in Infidelitate deceſſerint, ipſorum filios, ſeù alios quoſcumque conſanguineos, ut præfertur, Chriſtianos eodem prorſus modo, & jure, nullà etiam obſtante ingratitudinis, aut alia quantumvis legitimà exhæredationis cauſa, quam, ob ſuſcepti poſtea Baptiſ-*

mi

mi venerationem, sublatam prorsus eße volumus, succedere debere, ac si iidem Judæi, seù alii Infideles, nullum fecißent, aut ordinassent Testamentum, vel aliam ultimam voluntatem; omnesque, & singulas bonorum, & Jurium, sive inter vivos, sive in ultimà voluntate, alienationes, distractiones, aut alias dispositiones prædictas in hujus nostræ Constitutionis fraudem, & in odium Christianæ Fidei factas, seù potius attentatas censeri, ac nullius propterea roboris, & momenti esse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus tenore præsentium, sancimus, decernimus, & ordinamus.

Cæterum ne, dum providà sollicitudine temporalia conversis ad Fidem commoda comparamus, spirituale animarum lucrum negligere videamur in convertendis; quemadmodum Infideles ceteros, qui longè sunt, sacris Missionibus institutis, Evangelicà prædicatione instruere non cessamus; ita de Judæis etiam, qui magno numero inter Christianos vivunt, & nostris quodammodo oculis obversantur, æternà salute procurandà præcipuè cogitamus. Tristitia enim nobis magna est, (fidenter cum Apostolo dicimus) & continuus dolor cordi nostro, dum Paterni amoris visceribus miseramur Israeliticam gentem, olìm Deo amabilem populum, quem elegit Dominus in hæreditatem sibi, & custodivit quasi pupillam oculi sui; nunc autem (postquam judaicà in summum sceleris erumpente perfidià verè iratus est furore Dominus in populum suum, & usque in finem abominatus est hæreditatem suam) velut gregem sine Pastore dispersum per invia quæque, & inaquosa miserè divagantem, ac verbi Dei, quod illi unicum superest, salu-

salutari pabulo, destitutum solo scilicet litera, qua occidit à Judais cortice degustato, spiritu verò, qui vivificat, ab animalibus hominibus non percepto. Propterea ad eosdem Judaos in Sancta Fidei veritate salubriter erudiendos, & trhaendos ad Christum, ea omnia, & singula, qua de sacris lectionibus, seù sermonibus per singulas hebdommadas ad ipsos, ubicumque eorum Synagoga fuerint, habendis memoratus Gregorius Pradecessor noster in aliis suis anno Incarnationis Dominica 1584. Kalen. Sept. Pontificatus sui anno 13. editis Apostolicis literis, quarum tenorem pro expresso in prasentibus haberi volumus, sapienter constituta sunt, ab omnibus, ad quos pertinet, inviolatè servari, & sicubi in desuetudinem abierunt, in usum revocari pracipimus, & mandamus; Concionatores omnes, qui ad id munus electi fuerint, specialiter admonentes, iisque etiam in nomine Dimini districtiùs iniungentes, ut memoratos Judaos non iniuriis, contumeliis, aut nimià verborum asperitate, quibus in judaicà magis perfidià obfirmarentur, sed charitate potiùs, & mansuetudine, quam mitis nos, & humilis corde Christus edocuit, velut oves errantes ad S. Ecclesia Caulas suaviter allicere, & patefactâ ex veterum potissimùm, quas venerantur, scripturarum oraculis, Christiana veritatis luce, velamen ab oculis eorum detrhaere omni studio satagant; ut ex Judaica pravitatis tenebris, quibus obscurati sunt oculi eorum, nè videant, Dei Omnipotentis operante virtute, liberentur.

Postremò Judaos omnes, ceterosque Infideles quoscumque, qui ad Baptismi gratiam, Deo donante, pervenerint, omnibus Ecclesiarum Pralatis, ac sacularibus etiam

etiam Principibus per misericordiæ Dei nostri Viscera commendamus, ut eos patrocinio foveant, authoritate adiuvent, potentià tueantur, neque ab aliis, præsertim verò à Judeis, aut quibusvis Infidelibus ulla in rè indebitè vexari patiantur; universosque ubique terrarum Christifideles in unigeniti Filii Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, cujus vice fungimur, nomine hortamur, & obsecramus, ne venientes ex infidelitate, præsertim pauperes, despiciant, aut adversentur; sed potius novella hujusmodi Ecclesiæ germina officiis, ac Beneficiis, prout quisque poterit, excolere, & irrigare non desint, atque, ut veros in Christo Fratres, ac domesticos Fidei effectos benigne excipiant, in necessitatibus sublevent, & omni demùm Christianæ Charitatis genere prosequantur; ut de suscepto S. Fidei proposito gaudium ipsorum sit plenum, & exultatio; iis verò, qui foris sunt, & adhuc infidelitatis caligine detinentur ad ejusdem S. Matris Ecclesiæ gremium properandi desiderium excitetur.

Decernentes easdem præsentes literas, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seù habere quomodolibet prætendentes eisdem non consenserint, aut vocati, seù auditi non fuerint aliàque quavis de causà quamtumvis legitima, & in corpore Juris clausà, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seù nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, vel in controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci nullatenus posse, sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & ab iis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari; sicque per quos-

quoscumque Judices ordinarios , & delegatos quavis authoritate fungentes , etiam causarum Palatii Apostolici Auditores , & S. R. E. Cardinales , etiam de Latere Legatos , sublatà eis , & eorum cuilibet quavis aliter judicandi , & interpretandi facultate , & authoritate , ubique judicari , & definiri debere ; irritum quoque , & inane quidquid secùs super omnibus , & singulis præmissis , vel circa ea à quoquam quavis authoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus de jure quæsito non tollendo , ac ceteris nostris , & Cancellariæ regulis , aliisque Constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis , etiam Conciliaribus , nec non aliis quibuslibet , etiam Juramento , Confirmatione Apostolica , aut alia quavis firmitate roboratis , Statutis , Consuetudinibus , etiam immemorabilibus , privilegiis quoque , Indultis , & Literis etiam Apostolicis , seu etiam Regiis , & Imperialibus eisdem Judæis , vel Infidelibus quibuslibet , singulis , aut eorum universitatibus quomolibet , & ex quibusvis causis , etiam publicis , gravissimis , & urgentissimis , atque etiam titulo oneroso , & vim Contractus hinc inde obligatorii inducente concessis , quæ quatenus in detrimentum Catholicæ Fidei , quam humanis quibusque rationibus quicumque debet præferre Christianus , quomodolibet vergent , et ad effectum dumtaxat præsentium cassamus , & irritamus , ac cassa , & irrita esse decernimus aliisque omnibus sub quibuscumque verborum tenoribus , & formis quomodolibet in contrarium præmissorum editis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & singulis , etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis , eorumque totis tenori-

noribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem eadem præsentes literæ omnibus innotescant, quibuscumque locorum Ordinariis, in quorum Diœcesibus aliqua Judæorum Synagoga, aut notabilis aliorum Infidelium numerus reperiatur, injungimus, & mandamus, ut ea omnia, quæ à nobis, ut præfertur, constituta, & ordinata sunt, ad eorumdem Judæorum, aliorumve Infidelium notitiam quotannis semel, seu pluries, & eo modo, qui iisdem Ordinariis opportunior visus fuerit, sermone vernaculo deduci faciant, & in memoriam revocari; atque ut nemo prorsus earumdem Literarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, seu earum exemplum ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, ac præfatæ Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ, nec non in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, prout moris est, publicentur, & affigantur; quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus Fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, declarationis, extentionis, Statutorum, Decretorum, Mandatorum, Sanctionis, Ordinationis, præceptorum, admonitionis, commendationis, irritationis, cassationis, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo tertio, quinto Idus Martii Pontificatus nostri Anno Quarto.

F. Card. Protodatarius.

F. Oliverius.

Visa de Curia C. A. Fabronus

Loco ✠ plumbi

Philippus Porta.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo quarto Indictione duodecima, die vero 2. Martii, Pontificatus autem SS. in Christo Patris D. N. Clementis Divina Providentia Papæ XI. anno quarto, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis,

&

& Basilica Principis Apostolorum Cancellaria Apostolica, Curia Generalis Innocentiana, in acie Campi Flòra, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Sebastianum Vasellum SS. D. N. D. PP. Cursorem.

Pro D. Magistro Cursorum Thomas Orlandus Cursor.

C A P. III.

De Initiis Fidei.

ET quia ad Fidei conservationem profectumque, ea, quibus illa corrumpi facile potest, removere non sufficit, sed principalium ejus etiam Mysteriorum notitia populum necesse est instituere, ad quod Christianæ rudimenta Doctrinæ peragendum sunt maxime opportuna; idcircò Parochis omnibus, & quibuscumque animarum curæ præpositis, quamvis Regulares existant, sanctæ Obedientiæ virtute districtè præcipimus, & mandamus, ut in sua quisque Ecclesia cunctis Dominicis à prandio fidelibus convocatis sono Campanæ Doctrinam per se ipsos Christianam explanent, vel per aliam idoneam probatamque Personam, sub Divini interminatione Judicii, & duorum aureorum in singulas vices, & gravioris etiam arbitrii pęna, crescente contumacia. *Hoc secundum verba Congregationis Episcoporum edita Anno* 1592. *Nov.* 22. *liberè Episcopo exequi valente, quæ sunt hujus generis. Potest Episcopus per viam præcepti pænalis non autem sub*

 pœna

pœna peccati mortalis obstringere Parochos ad docendum Doctrina Christianam. Non tamen ita potest procedere contrà Presbyteros juxtà Decreti normam Anno 1593. *editi, quæ est Nov.* 22. *Non debet Episcopos imponere pœnam peccati mortalis contrà Presbyteros, qui non docent Doctrinam Christianam: nec prohibere absolutionem ejus, qui non solvit pœnam incursam ex eo quod amittit eam docere: sed procedere per præcepta contrà solos Curatos, qui tenentur ad eam docendam, ita Congr. Episcop. in Bergomen.*

Quod si Parentes, eorumque liberi, non obstantibus Parochorum monitionibus, quas profectò sæpè sæpiùs facere tenentur inter Missarum solemnia, in obtemperando contumaces fuerint, volumus eos Sacramentorum usu privari; etsi adhuc per annum non paruerint, Parochi coram nobis ipsos denuncient ad hoc, ut opportunis remediis providere valeamus.

Et ne salubriter disposita suo frustrentur effectu omnibus supradictis districtè mandamus sub pęna decem aureorum, ut saltem quolibet anno coram nobis exhibeant testimonium trium virorum fide dignorum, & propria etiam subscriptione munitum, ex quo eorum obedientia, in re tàm gravi omninò constet.

Ne vero commissi Nobis gregis Pastores, & commissas eisdem oves solo metu pęnarum omnia suprascripta ad formam præsentis Capituli executioni demandent, sed immò certà spe præmii, & mercedis exuberantis eos ad id invitemus, Parochis omnibus, puerorum Præceptoribus, & aliis quibuscumque,

que, quos citra officii debitum Charitas Christi urget ad pueros, rudesque in Christiana Fide instruendos, cælestes Ecclesiæ Thesauros pollicemur, quos S. Pius V. Greg. XIII. Clem. VIII. & Paul. V. summi Pontifices elargiti sunt. Et quia hujusmodi Thesauri prætiosissimi compluribus sunt absconditi, hinc volumus, ut Parochi omnes singulis saltem mensibus inter Missarum Solemnia ad populum conversi præfatas Indulgentias denuncient; quod ut facilius præstent earumdem Indulgentiarum summarium hìc inferiùs apponimus, unà cum Decreto Sac. Congr. Concil., & Literà circulari de mandato Clem. Papæ XI. Parochis omnibus transmissâ.

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

Decretum Sacræ Congregationis Concilii.

Catholicæ Fidei rudimenta, & si scire omnes teneantur quotquot rationis sunt compotes, plerique tàm agrestium, & rudium jacent in tenebris, socordià, & negligentià Pastorum, quandoquidem suprema hæc salutis dogmata, vel ignorantur prorsus, vel latinà tantùm linguà, quam non tenent, edidicerunt, ut crebris piorum Sacerdotum delationibus acceperunt, Illustriss. PP. Conc. Trid. Sanctiss. D. N. authoritate Interpretes. Cùm tamen justus ex Fide vivat, & credere omnia implicitè longè diminuta sit Fidei, jusque custodiri vix possit nisi cognitum (quis enim non aberret a Lege, si legem non calleat, aut certè quis rudem hanc ignorantiam secernat à desiderio, & contemptu) quan-

quandoquidem PP. dilucidè, & apertè dogmata scribi super lapides, idest simplicium cordibus infigi, ac parvulis panem frangi summoperè exoptantes, Amplitudinem tuam, sicut ceteros Italiè Episcopos, per Jesù Christi viscera obtestantur, ut sui muneris, ac Pastoralis solicitudinis memor cæcam hanc caliginem mentibus effusam, & longè, latèque diffusam pro viribus discutiat. Proindè Sacrosancta Synodi Decretum de pueris edocendis in singulis Parochiis ità observari præcipiat, ut singuli Symbolum saltem Apostolorum, atque Orationem Dominicam, itidemque Decalogi præcepta materno idiomate doceantur, jubeatque Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ut inter Missarum Solemnia, & Verbi Dei Prædicatoribus, ut inter concionandum diebus Festis annuncient populo, ac sæpiùs contestentur eos, qui hæc non tenent, debere ex præcepto ad Ecclesias, ubi hæc peraguntur tamdiù convenire, quamdiù illa addiscant. Ac propterea seriò Confessoribus iniungant, ut ignaros pœnitentes de his interrogent, ac terminum eisdem præfigant, intra quem ostendant sese rudimenta Fidei vulgari sermone apprehendisse, alioquin Sacerdotes, ut quemque desidem, ac torpentem repererint, Sacramentalem absolutionem suà prudentià, ac moderatione suspendant. Et summatim Amplitudo tua omnem operam, studium, ac diligentiam adhibeat, ut sacra hæc salutis mysteria tandem ab omnibus, ut cujusque fert ingenium, intelligantur. Ita igitur, ne ovium sibi creditarum sanguinem de suis manibus requirat Deus, suo zelo, ac vigilantià efficiet amplitudo tua, harumq; Literarum exemplum ad singulos tua Provincia suffraganeos Episcopos, ut idipsum observent, perferendum curabit,

rabit, & diù valebit in Domino, à quo cuncta ei prospera, & salutaria cupimus.

Romæ 19. Januarii 1619.

Lettera Circolare trasmessa d'ordine di N.S. Clemente XI. a tutti i Parochi, Arcivescovi, e Vescovi &c.

LA sollicitudine Pastorale di N. Signore intenta sempre a promuovere il bene spirituale del suo Gregge, siccome ha giudicato conveniente, che il Giubbileo, quale poche settimane, sono fu pubblicato con tanto frutto in quest' Alma Città di Roma, e susseguentemente nel Regno di Napoli, e in alcune altre Città, e Diocesi dello Stato Ecclesiastico più gravemente danneggiate da passati terremoti, si distenda anco a tutte le altre Città, e Diocesi dell' Italia, e Isole adiacenti, per eccitare maggiormente la pietà de' Fedeli a placare con una vera Penitenza, e con altre sante opere l'ira d'Iddio giustamente sdegnato per i nostri peccati, e ad implorare dalla Divina Clemenza la cessazione di tanti flagelli, che per tutte le parti, o attualmente travagliano l'afflitta Cristiamtà, o manifestamente gli sovrastano; così ha pensato a tutti i mezzi più proprj, onde abbia a ritrarsi maggior frutto dal medesimo Giubbileo, con stimolare tutti a prenderlo con le dovute disposizioni, ed a rimuovere quegli ostacoli, che potrebbero impedire gli effetti della Divina Misericordia. Che però la Santità Sua ha ordinato, che la presente Lettera, che sarà circolare a tutti i Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, e altri Ordi-

dinari dell' Italia, e Isole adiacenti suddette, si raccomandi efficacemente a VS. d' insistere col suo pastorale Zelo per l'adempimento delle cose infrascritte.

Primieramente ricorda la Santità Sua a VS. l'esatta osservanza di quanto, con altra simile Lettera Circolare le fu già prescritto intorno alla venerazione, e rispetto dovuto alle Chiese, sopra di che per molto, che già si fosse fatto, o si fosse detto a tenore della Lettera suddetta, non però si sarà mai fatto, nè detto a bastanza; tanto più che il vedersi presentemente porre in uso dalla Maestà Divina quei gastighi, co' quali la medesima suole specialmente punire l' irreverenza alle Chiese, fa manifestamente conoscere quant' oltre si fosse avvanzato l' inconveniente predetto.

Secondo. Vuole, che VS. invigili alla Santificazione delle Feste, con fare intendere al Popolo, quanto grave torto si faccia alla Maestà del Signore Iddio, impiegando quei giorni specialmente riservati al suo onore, in opere non solamente servili, ma quel, ch' è peggio, peccaminose. Procuri dunque di far ben riflettere al Popolo, che le dette opere servili sono vietate ne' giorni Festivi, non perchè si stia in ozio, ma affinchè ci sia maggior tempo, e commodità di frequentar le Chiese, di assistere agli Officj Divini, di ascoltare la Divina Parola, di ristorare le anime colle orazioni, e Santissimi Sacramenti, e coll' esercizio di altre opere di pietà, ed in somma di attendere più di proposito all' unico, ed importantissimo negozio dell' eterna Salute, secondo il detto dell' Apostolo: Rogamus vos, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis. 1. Thess. 4. 11.

4. 11. *Dal che si vede quanto sia disdicevole l'abuso pur troppo frequente di quelli, che non si vergognano d'impiegare i giorni consacrati a Dio in traffichi, giuochi, crapule, amoreggiamenti, ed altre vanità mondane. Onde pare, che le Feste ormai siano rese oggetto di abominazione al Signore Iddio, secondo l'espressione terribile, che ne fa per il suo Profeta:* Odi, & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem cætuum vestrorum. (Amos 5. 21.) *anzi si muove giustamente da simili profanazioni l'ira Divina a mandare pubblici flagelli di guerre, inondazioni, terremoti, pestilenze, e simili, dichiarandosi lo stesso Dio:* Sabbata mea violaverunt vehementer; dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos, & consumerem eos. [Exechi.20. 13.]

Terzo. Considerando in oltre la Santità Sua, che una gran parte della depravazione de' costumi del Cristianesimo procede dalla mala educazione de' Figliuoli per la pochissima cura, che si pigliano i Padri, e Madri di allevarli nel timore santo di Dio, ordina espressamente a VS. d'invigilare, acciocchè i capi di famiglia adempischino l'obbligo strettissimo, che hanno di educarli bene, con instruirli, correggerli, e sopra tutto dare loro buon' esempio, il che se facessero, come devono, si vedrebbe grandissimo miglioramento nel Cristianesimo, essendo verissimo, che i figliuoli mantengono quei costumi, che apprendono da fanciulli: Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedit ab ea. [Prov. 22. 1.] *Ammonisca però seriamente i medesimi Padri, e Madri del gran conto, che renderanno a Dio, se trascureranno di tenere lon-*

tani i loro figliuoli dalle cattive compagnie, e gli lascieranno assuefare ad abiti viziosi, e l'istesso inculchi, e faccia inculcare da' Predicatori, e da' Confessori a' Padroni, rispetto a loro servitori, facendo a' medesimi ben ponderare la gravissima sentenza dell' Apostolo : Si quis suorum, & maximè Domesticorum curam non habet, Fidem negavit, & est infidelj deterior. [1. Timot. 5. 8.]

Quarto. Dovrà VS. specialmente invigilare, che da' Maestri di Scuola, e molto più da' Parochi s' insegni con tutta diligenza, e particolarmente le Feste la Dottrina Cristiana, e che si spieghino con chiarezza i principali Misterj della Santa Fede; al che saranno di grande ajuto anco altre Persone pie, che a tale effetto potrebbero deputarsi, come con tanto frutto praticò nella sua Chiesa di Milano S. Carlo, che ne prescrisse regolamenti sì utili anco per l'altre Diocesi; ed affinchè i fanciulli colla dovuta frequenza, e applicazione attendino a questa sì necessaria instruzione, VS. non lasci di avvertire seriamente i Padri, e altri, che ne hanno cura, dell'obbligo di far loro imparare le cose necessarie alla Salute, ordinando a' Confessori di non assolverli, se in ciò si troveranno notabilmente colpevoli, e contumaci.

Quinto. E perchè pur troppo spesso si vedono più bisognosi d' instruzione gli Adulti, che i Fanciulli medesimi, dovrà VS. ricordarsi dell' obbligo, che ha insieme con tutti i suoi Parochi di pascere per se stessa, ò in caso di legittimo impedimento, per mezzo de' Predicatori colla Divina Parola i Popoli a se commessi: Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. (1. Cor.

(1. Cor. 2. 4.) *ma con proporre, e spiegare massime utili, e adattate alla capacità degli Uditori, affinchè ognuno resti informato delle obbligazioni del proprio stato, ed eccitato ad adempirle colla dovuta esattezza. A tal' effetto, non lasci d' inculcare a' Parochi, che sopra ogni altro si vagliano del tanto necessario, ed util libro del Catechismo Romano; invigilando specialmente, che i medesimi, secondo, che vien loro prescritto dal Sacro Concilio di Trento*, nella Sess. 24. de refor. cap. 7. Inter Missarum Solemnia, aut divinorum celebrationem Sacra Eloquia, & salutis monita vernacula lingua singulis diebus Festis, vel solemnibus explanent eademque in omnium cordibus postpositis inutilibus quæstionibus inserere, atque eos in Lege Domini erudire studeant. *Rispetto poi a' Predicatori abbia particolar cura, che esercitino il loro uffizio con quello spirito di pietà, e con quel decoro, che si deve ad un Ministero si sacrosanto, e perciò usi tutta l'attenzione tanto in eleggere, quanto in procurare, che da quelli, a' quali appartiene, siano eletti a tal carico soggetti, non meno per l' integrità della vita, che per la sodezza della dottrina in tutto degni d'amministrarlo, accadendo pur troppo spesso, massime ne' Castelli, e luoghi piccoli, che una licenza, un mal' esempio, un neo del Predicatore, non solo tolga tutto quel frutto, ch' egli avesse potuto mai fare colle sue Prediche, ma positivamente sia cagione di molti scandali, e di molti disordini.*

Sesto. Gioverà anco sommamente al profitto Spirituale del suo Gregge, se VS. introdurrà non solo ne Borghi, e Ville della sua Diocesi, ma anco ne luoghi più nobili

bili, e popolati l'uso delle Sacre Missioni, si per potere con questo mezzo più liberamente, e più utilmente riprendere quegli abusi, che talora nel suo popolo fossero maggiori, ed in conseguenza più bisognosi di rimedio, come per supplire con ciò alla penuria, che si trova bene spesso nella Città medesima della Parola di Dio, che da molti non viene predicata colla dovuta semplicità, e chiarezza; avendo mostrato l'esperienza anco ultimamente in Roma, che quando si spiegano famigliarmente ed in forma adattata al frutto per l' Anima le cose di Dio, il popolo le sente con gusto, concorre con frequenza, e ne riporta grande utile con emendazione de costumi, et edificazione universale: non potrà però essere se non ottimo consiglio, che VS. cominci presentemente a valersi di tal mezzo per meglio preparare i Fedeli di cotesta sua Diocesi all'acquisto del Giubbileo, e specialmente, perchè siano bene instruiti, e pazientemente ajutati a fare una buona Confessione generale, ad effetto di applicare in tal guisa l'opportuno, e necessario rimedio al pur troppo grave, e frequente male di quelle Confessioni, che potessero per l'addietro aver fatte invalidamente.

Settimo. Si raccomanda specialmente a VS. la paterna cura delle Monache, che essendo illustrior portio Gregis Christi, *devono come Spose care al Signore essere in maggior pregio tenute, e con più sollecitudine custodite. Procuri perciò VS., che ne Monasteri non s' introduchino rilassamenti nell' osservanza regolare, e sopratutto, che vi si osservi la dovuta ritiratezza, togliendo a tale effetto la frequenza inutile delle Grate alle Monache, perchè non siano divertite*

dal

dal Divino servigio, al quale si sono dedicate, e facendo loro esattamente osservare quanto a colloqui con persone di fuori, tanto secolari, quanto regolari, quel che sopra di ciò si dispuone da Sacri Canoni, dalle Costituzioni Apostoliche, e da vari Decreti, e dichiarazioni delle Sacre Congregazioni in diversi tempi emanate, e pubblicate. Procuri altresì, che siano provvedute di Confessori dotti, di età provetta, di vita irreprensibile, zelanti, e disinteressati; ed a suo tempo di Predicatori esemplari, e ferventi, che le esortino con efficacia a mantenersi fedeli a quel Signore che frà tante altre le hà elette, ad un sì grande onore, e ad una vocazione sì sublime. Si ricordi in oltre di far puntualmente osservare quel che dalla Sa. mem. di Papa Innocenzio XI. fu ordinato, cioè, che tutte quelle, che vogliono farsi Monache in qualsivoglia Monastero, anco soggetto a Regolari, siano tenute fare gl' Esercizi Spirituali per 10. giorni avanti, che ricevino l' abito, e siano ammesse al Noviziato, e che i medesimi Esercizi si ripetino per l' istesso spazio di 10. giorni avanti, che siano ammesse alla Professione. E perchè l' istesso Pontefice ordinò parimente, che si procurasse con tutte le diligenze possibili, ma con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache Professe una volta l' anno almeno per qualche tempo, che si fosse stimato opportuno, facessero i medesimi esercizi per la rinovazione dello spirito, tanto necessaria a persone del tutto consacrate a Dio, vuole perciò la Santità sua, che s' intenda rinovato anche tal' ordine, e quando fin' ora non ne fosse stata introdotta la pratica in cotesta Diocesi, incarica specialmente a VS. di procurarne la introdazione in tempo,

po, e coll' occasione del presente Giubbileo.

Ottavo. Quello poi, in che VS. deve premere maggiormente si è il vivere regolato degli Ecclesiastici, affinchè tanto nella decenza dell' abito, e portamento esteriore, (nel che da molti si manca notabilmente) quanto nella vita, e onestà de costumi spirino nella Chiesa d' Iddio quell' odore di Santità, con cui possono tirar tutti soavemente ed efficacemente all' amore della Virtù, siccome richiede la di loro professione, e l'obbligo, che gli viene imposto dal loro grado. Si ricordino di esser nella Chiesa d' Iddio in alto luogo per essere considerati da tutti, come regola del ben vivere; perchè come parla il Concilio di Trento: in eos tamquam in Speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur; (Sess. 22. cap. 1.) *che però è necessario, che in tutte le cose*: nil nisi grave, moderatum, ac Religione plenum præseferant: *precedendo a tutti coll' esemplarità della vita; e confermando coll' opere quello che devono ad altri insegnare colle parole.*

Nono. E perchè è certissimo, che quelle stesse orazioni, che fatte colla dovuta religiosità, ed esattezza ci rendono degni delle celesti misericordie, se si fanno con trascuraggine, e inavvartenza, chiamano sopra di noi le maledizioni divine, secondo ciò ch' è scritto: maledictus Homo, qui facit opus Domini negligenter: *e ci servono non di merito, ma di colpa, conforme all' espressione del Profeta*: oratio ejus fiat in peccatum: *perciò affinchè per ogni parte si tolgano, quanto è possibile le cagioni de pubblici castighi sopra l'afflitta Cristianità, e risplenda nella Chiesa il dovuto decoro, e maestà delle sacre funzioni, vuole S. Beatitudine, che*

VS.

VS. inculchi premurosamente a Canonici, Beneficiati, Mansionari, Cappellani, Chierici, ed altri serventi, tanto della sua Cattedrale, quanto delle Collegiate della sua Diocesi, l'obbligo strettissimo, che hanno di assistere in Coro con ogni riverenza, silenzio, e modestia, come conviene alla presenza della tremenda Maestà dell' Altissimo, e di salmeggiarvi con divozione di cuore, e distinzione di voci, senza precipitazione, o troncamento di parole, in modo che una parte del Coro non cominci un versetto prima, che l'altro non sia finito, e che il Popolo possa intendere quello che si canta, ed essere eccitato a devozione, e compunzione in udire le divine lodi; avvertendogli, che, se in ciò notabilmente mancano, non adempiscano il debito del ministero loro, e però ingiustamente ne tirano gli stipendi, e sono in conseguenza tenuti a restituirli. Sopra di che S. Santità incarica gravemente la coscienza tanto di VS., quanto de Presidenti del Coro, se non faranno le debite diligenze, affinchè si osservi quanto di sopra si è detto, e quello che di più deve osservarsi, secondo la forma de sacri Canoni, e delle particolari constituzioni di ciascheduna Chiesa; volendo, che i trasgressori siano severamente puniti con puntature, e altre pene Canoniche, e i Ministri e Serventi amovibili, anco colla rimozione. Maggiore poi di qual si sia espressione doverà essere l' attenzione, ch' ella è tenuta ad usare, affinchè il tremendo Sacrificio dell' Altare, di cui non vi è nel Mondo azione più santa, ne più divina, si offerisca da suoi Sacerdoti, non solo con quella interna purità, che conviene a chi quotidianamente dee porgere all' Eterno Padre il celeste Olocausto del suo umanato Figliolo, ma an-

anche con quell'esterna Divozione nell'esatta osservanza delle sacre ceremonie prescritte dalle Rubriche, che si ricerca, affinchè chi è posto tra Dio, e gli Uomini per placare l'ira sua divina, non abbia colle proprie trascuratezze, e negligenze maggiormente ad irritarla.

Decimo. Per ultimo non potendosi negare, che il gran numero degli Ecclesiastici non diminuisca molto la stima della dignità Sacerdotale presso del Popolo, mentre non scorge in molti di loro quella prerogativa di merito, che corrisponde al grado, per ciò VS. vada molto circospetta nel conferire gli Ordini, ricordevole dell' ammonizione dell' Apostolo: manus citò nemini imposueris, neque comunicaveris peccatis alienis; (1. Tim. 5. 22.) *guardandosi dall' ammettere nel Clero alcuno, come avverte S. Leone:* ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ: *e rigettando assolutamente, e con petto forte coloro, che non per vero desiderio di servire al Signore Iddio, ma per umani interessi, e rispetti vogliono intrudersi nel Santuario del Signore; osservi perciò esattamente quel tanto, che in questa materia si dispuone da sacri Canoni, e specialmente dal S. Concilio di Trento, e procuri di fare scelta di Ministri idonei, e ben forniti di pietà, e di dottrina; poichè sebben questi son pochi:* melius est (*come si legge ne' sacri Canoni, e si comprova coll' esperienza*) Domini Sacerdotium paucos habere Ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus grave Ordinatori aducant. (C. Talef. dist. 23.)

Con l'osservanza delle sopraddette cose confida la Santità sua d' avere la consolazione tanto desiderata

dal

dal suo paterno cuore di vedere, mediante l'estirpazione de principali abusi, e lo stabilimento d'una vera pietà Cristiana resa la nostra Italia libera dalle presenti calamità, e dalle maggiori, che la giustizia di Dio ci minaccia, e disposta sempre più a ricevere sì nello spirituale, come nel temporale, gli effetti abbondanti delle divine misericordie.

Roma 16. *Marzo* 1703.

G. Card. di Carpegna Prefetto.

N. Grimaldi Segretario.

Sommario delle Indulgenze concesse a quelli, che insegnano, e frequentano la Dottrina Cristiana.

IL Beato Pio Quinto concede a tutt' i fedeli Cristiani dell'uno, e l'altro sesso, che saranno ascritti nella compagnia della Dottrina Cristiana, per ogni volta, che, o con insegnare ad altri, o con imparare si occuperanno in questo santo Esercizio, Indulgenza di anni 40.

Questa da Gregorio XIII. fu confermata, aggiungendovi altri 100. *anni di vera Indulgenza.*

Clemente VIII. ampliando questi tesori spirituali concessi a quelli, che saranno in detta Compagnia il primo giorno del loro ingresso Confessati, e Comunicati, Indulgenza Plenaria: e nell'articolo della Morte loro dopo la debita Confessione, e Comunione, e se saranno impediti, dato alcun segno di Contrizione, invocando il Nome di Gesù con la bocca, ovvero col cuore, conseguiranno Indulgenza Plenaria.

Similmente a tutt' i Confrati, che esercitati nell' opere pie di questa Confraternita, la terza Domenica

di qualunque Mese veramente Confessi, e Contriti si Comunicheranno, e pregheranno Dio per la concordia de Prencipi Cristiani, per l'estirpazione dell'Eresie, e per l'Esaltazione di Santa Chiesa, concede Indulgenza Plenaria.

In oltre a tutti quelli della Compagnia, e che si troveranno presenti alle Congregazioni publice, e private di detta Compagnia, ovvero che insegneranno la Dottrina Cristiana, o altri principi della Fede, ogni volta, in una di queste cose si occuperanno concede 100. *anni d' Indulgenza.*

E a ciascheduno, che attualmente insegnerà, ovvero, farà l' Assistente, o Coadiutore a tal' esercizio, ogni volta concede parimente anni 100. *d' Indulgenza.*

A Padri, Madri, e a chi manderanno putti, o putte ad imparare la Dottrina Cristiana, divotamente recitando 5. Pater noster, *e* 5. Ave Mariæ *per l' Esaltazione di S. Chiesa, per l' Estirpazione dell' Eresie, e per la conservazione, e augumento di quest' Opera, concede* 100. *anni d'Indulgenza: le quali tutte sono state grandemente accresciute da Papa Paolo V. per l' Arciconfraternità della Dottrina Cristiana di Roma, e per quelle Compagnie, che alla medesima Arciconfraternità saranno aggregate.*

C A P. IV.

De Prædicatione Verbi Dei.

CUm præter Fidei rudimenta Verbi Dei Prædicatio animarum saluti prodesse plurimum pos-

possit, omnibus idcircò Animarum Pastoribus, diebus saltem Dominicis, (Adventus, & Quadragesimæ ubi laudabilis concionandi inest consuetudo, excepto tempore) Dominicum juxtà Præceptum, Evangelium prædicare populo sibi commisso præcipimus, eumque documentis, monitisque salutaribus pascere, ejus sermone capacitati accomodato, Virtutis pulchritudinem, vitiorumque deformitatem proponere, & tandem breviter, quid unusquisque vitari debeat, ac perspicuè demonstrare, quidve sectari, pœnas ut evadat Infernas, gloriæque præmia æternæ consequatur.

Ceteri verò sive Sæculares, sive Regulares existant, qui prædicandi, tàm in nostris, quàm Regularibus Ecclesiis, munus obeunt, tàm quoad tempus, quàm quoad modum, & necessariam benedictionem à Nobis in scriptis obtinendam, non aliter se gerant quam juxtà Constitutiones Clementis X., & Litteras Congregationis, Episcoporum, & Regularium de die 10. Octobris 1676., nec non Congregationis Sac. Conci. de die 6. Julii 1680, quæ omnia in fine præsentis Capituli transcribuntur, mandando Parochis, & Rectoribus nostrarum Ecclesiarum, ut prædicta observari faciant sub pœnis nobis arbitrariis ab eisdem Parochis, & Rectoribus incurrendis.

Constitutio Clem. PP. X., in qua Regularium privilegia circa Prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

Superna magni Patris &c.

Sanè cum Sacri Conc. Trid. Decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vità, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentià, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare non possint; cum qua licentià personaliter se coràm Episcopis præsentare, & ab eis Benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant: in Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, ultrà licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam gratìs ab eo dandam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint; atque ut nullus, sive Regularis, sive Sæcularis, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat, idemque, cum nullus Sacerdos Regularis possit Confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium esse, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & consuetudine quacumque non obstantibus; innotuit Nobis dubitationes nonnullas circà benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejusmodi in aliquibus Diœcesibus excita-

citatas fuisse, ex quibus controversiæ, & dissentiones permultæ in diem subsequi possent occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Nos attendentes, quòd aliàs diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Prædecessorum nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint; ejusmodi definitiones in unum collectæ, ut magis, magisque dissentionum tollantur semina, & imposterum firmior in agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur Apostolatus officio novis Apostolicis Literis muniendos duximus, & elaborandos. Itaque de Consilio nonnullorum venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecc. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & maturâ deliberatione nostrâ, atque ex certa scientia, ac generali, & perpetuò valiturâ Constitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint teneri ab Episcopo Diœcesano Benedictionem petere, prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint; quòd si Episcopus Benedictionem nedùm non concesserit, sed etiam contradixerit, nè in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare, eosque contravenientes ab illo, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis Fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris nostri incipientis: Inscrutabili Dei Providentia, *coerceri, & puniri posse: Episcopum tamen absque justa, & rationabili causà contradicere non debere; & hujusmodi Benedictio-*

ctionem teneri, etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesiis, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium, eorum jurisdictioni subiectarum, licèt clausis januis, & nullus Sacularis ibi intersit, habere voluerint; posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus Laicis nominatos, etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad Doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit: & licentiam prædicandi semel iisdem concessam ob rationabiles causas, licèt occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere; non poße tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones Sacularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas, absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes Subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati, & generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum Sacularium Confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium, sibi subjectarum, sed egere quo ad hoc speciali Episcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii; itidemque Confessores extraordinarios semel de-

deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse explecà deputatione in vim approbationis huiusmodi illarum confessiones audire: sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit: Caterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxtà Regularia instituta vivitur, posse tàm Pralatos Regulares, quàm Confeßores Regularium eorumdem Monasteriorum, seù Collegiorum audire Confessiones illorum Sacularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui ipsis deserviunt; illos autem Religiosos, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè, absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propria admittendos: quoad ceteros verò, qui non adeò idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere; semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque, etiam Infirmorum Confessiones audire absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentiâ; de qua tamen Confessione teneri dictos Religiosos eorumdem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere, & hoc posse illis ab Episcopo, sub pœna suspensionis à facultate audiendi Confessiones pracipi; sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum Infirmum relinquendam.

Et

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint Constitutioni, quæ incipit: Omnis utriusque sexus, *quo ad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares verò ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, (secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis) approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat: De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porrò si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi Judicio videantur à Confessionibus suspendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam caussam ad Confessionis Ministerium pertinere, ac proindè nihil obstare, quò minùs ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis: Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsultà Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per mare magnum, aliave privilegia, Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis*

cie-

cietatis, etiam Jesù, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo *sibi reservatis: Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum* Concilium Trid. *obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, ac deindè Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi a Casibus ab Episcopo reservatis.*

Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolveri; Posse autem Regularem Confessorem in eà Diæcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alià Diæcesi à peccàtis in ipsà reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem pænitentes noverit in fraudem reservationis in alienam Diæcesim prò absolutione obtinenda migrasse; vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam satisfactà parte; absolvere pænitentes à censuris quoad externum, & judiciale Forum, & absolutos ab eis in Foro pænitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso: quinimò censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos, ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiamsì à Regularibus fuerint absoluti, quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coràm Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur; si dictorum privilegiorum verba obscùra sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cum ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ judicio, prout aliàs Const.

 Præ-

Prædeceſſoris noſtri fel. rec. Clem. IV. ſtatutum fuit, eſſe requirendam.

Decernentes, ſi &c. Nulli ergo hominum &c.

Datum &c. 1670. Pontificatus noſtri anno 1.

Lettera della S. Congregazione ſopra i negozj de' Veſcovi, e Regolari del dì 20. Ottobre 1676. ſopra i Predicatori.

ERa coſtume d' alcuni Predicatori valerſi di maniere così improprie, tanto circa la ſoſtanza, quanto circa lo ſtile, e modo di predicare la parola di Dio, che invece di ſomminiſtrare a Popoli il pane delle Dottrine, e Virtù Criſtiane, ſecondo le regole, e i dettami de' Santi Padri, andavano paſcendo gl' intelletti degl' uditori con vari inutili curioſità di deſcrizioni, paradoſſi, e favoloſi racconti, da che preſero motivo alcune perſone dotate di vero Zelo Eccleſiaſtico, d' inſinuare alla San. mem. di Clem. X. il poco, o niun frutto, che da tali Predicazioni ſe ne ritraeva, acciò con la ſua Paterna Provvidenza ſi degnaſſe di dare gl' ordini opportuni per rimedio di ſi grave abuſo: In adempimento di che La Santità ſua comandò agl' Ordinari de' Luoghi, che avvertiſſero ſeriamente i Predicatori delle loro Dioceſi, anche ſotto gravi convenienti pene ad aſtenerſi da ſopraddetti inutili diſcorſi; ma che con ſpirito ripieno di Santo Zelo procuraſſero di eccitare nel cuore de popoli l' Amore, e il timore di Dio, e l' avverſione, e odio verſo i peccati, e ſebbene s' è avuto notizia, che tale provvedimento abbia in buona parte ſortito il ſuo effetto, poten-

tendosi nondimeno dubitare, che nel progresso di tempo sia per diminuirsene l'esatta osservanza; perciò la Santità di Nostro Signore, quale come Padre vigilantissimo, non hà sollecitudine maggiore, che di moltiplicare l'erario della Chiesa di Dio, con l'acquisto delle Anime, sapendo quanto a questo effetto sia valevole la Predicazione Evangelica, con sentimenti di somma pietà si è degnato comandarmi, che rinnuovi il medesimo Ordine a VS. acciò ammonisca in nome di Sua Beatitudine con reiterati precetti quelli, che averanno l'uffizio di predicare in cotesta Città, e Diocesi ad evitare onninamente tali inutili discorsi, valendosi di quelle forme, che saranno più conferenti per ammaestrare i Popoli nelle verità Cattoliche, infervorargli nell'amore Divino, ed allontanargli da vizi; glielo significo &c.

Literæ Sac. Congregationis S. R. E. Cardinalium Sac. Concilii Trid. Interpretum, super Verbi Dei Prædicatione. De die 6. Julii 1680.

A Pluribus Christiani Orbis Provinciis, graves, frequentesque Romam, atque ad ipsam Sanctam Sedem adventant, seu delationes, seu querelæ adversus præsentem Prædicationis usum, tamquam à primævo Apostolorum instituto prorsus aberrantem. Ac cum quidem Verbum Dei, quod Apostolo teste, omninò debet esse sanum, ac salutare, multipliciter per plures ex ipsis Evangelii Præconibus reddatur infectum; meritò Sanctiss. D. N. decrevit contagionem istam universo Gregi tàm exitiosam, longèque potentem,

 omni

omni Apostolicæ Auctoritatis conatu prorsus excindere; nam quæ pestis esse, aut cogitari violentior eâ potest, quæ cibos ipsos ad vitæ præsidium institutos, ipsasque medicinas pro morbis depellendis inventas, in mortis instrumenta, & præsentissima venena converterit? Verbum profectò Dei panis est ille vitæ, & intellectus, quo cibari, & aqua simul salutaris, qua potari Fidelium animas ab ipsis Religionis Christianæ incunabulis Redemptor noster edocuit. At verò si Sal, quod pro Dei verbo à Sanctis accipitur, per futiles conciones evanuerit; in quo putrescentia Mortalium vitia condientur? Quinimò si Sal idem, quod Prædicatores apertè significat, per eloquentiam planè stultam infatuatum fuerit, reverà non ultrà valebit, nisi ut conculcetur ab hominibus; quæ enim Mysterio tam Sacro Majestas, qui decor, quæ Sanctitas, quæ utilitas inest? Quando plurimi, ut Paulus clamat, verbum Dei adulterantes, aut in jocis tamquam Histriones, aut conversi ad fabulas, uti Poetæ, Auditores prurientes auribus coacervant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamistrato, ac meretricio planè stilo Prædicationis Fidem corrumpunt. Mandat ergò Sanctitas sua Zelo verè Apostolico accensa, ut omnes Primates, Archiepiscopi, Episcopi, ceterarumque Ecclesiarum Præsides, quorum præcipuum munus est Verbum Dei administrare, gregemque pascere, tantis corruptelis occurrant, easque Concionatoribus opportunè sub oculis ponant, ut fugiant à facie tot pestium potiùs, quàm colubrorum, & præsertim universè intelligant, quod per Jeremiam Deus illis indixit: Propheta qui habet sermonem meum, loquatur sermonem

nem meum verè ; quid palea ad triticum? Nunquid verba mea non sunt ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras? Videlicet oportere Conciones non paleis refertas esse ad vanitatem, sed igne veritatis succensas. Porrò sciant non levem esse culpam, sed grande piaculum, gravissimaque pœnâ mulctandi sunt, ubi per scurrilitatem Verbum Dei veluti in scenam adducunt, atque Auditoribus deridendum tradunxerint: Præterea, neque per quæstiones curiosas, ac paradoxa tàm vana ità supra captum populorum assurgant, ut verè quærantur, Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis; similiter neque per illecebras inanium verborum res non minus vanas obtrudant, & per ostentationem memoriæ, atque pronunciationis præcipitantiam, quasi præstigiis, Auditorum animas, auresque ludificent; quamobrem Antistites per se, si tempus vacaverit, tùm in Cathedralibus, tùm in aliis Ecclesiis seriò animadvertant, & in Diœcesi Vicariis Foraneis, aliisque Ministris, probisque viris, à quibus ea super re relationes exigant, vigilantiam demandent. Ac si Concionatores normam hujusmodi transgressos compererint, eos à Prædicationis munere ad tempus bene visum suspendant, aliâve ratione pro modo culpæ plectere curent, subrogando interim alios, qui salutari modo Populo ostendant vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam valeant consequi. Amplitudo igitur tua &c.

CAP.

CAP. V.

De Sacramentis.

CUm Sancta Sanctè tractari prorſus oporteat, hinc Parochos omnes alioſque in Sacramentorum adminiſtratione Sacerdotes, Fideles pariter omnes in eorumdem receptione, noſtri toto Cordis affectu, ut recta animi diſpoſitione, & decenti corporis habitu, & munditia, illi in adminiſtrandis, iſti in ſuſcipiendis ſe gerant, monemus, & obſecramus.

Ut autem juxta ritum Sacræ Romanæ Eccleſiæ, ritè, validèque illorum adminiſtratio procedat, ſuum omne ponant ſtudium diligentiamque Curati in Rituali Rom. Pauli V. Summi Pontificis juſſu edito exactè obſervando, quæ in ipſo reperiuntur; cum profectò in eo omnia, quæ ad Officium Parochi pertinent, diſtinctè, ac dilucidè præſcribantur; quapropter ſi quis extra neceſſitatis caſum Sacramenta abſque habitu talari fuerit auſus adminiſtrare,acSuperpelliceo,ejuſdemque ſtolá coloris, quem Sacramenta requirunt, nec non cęremonias, ritus, ac præces omittere, arbitrio graviter noſtro punietur.

Caveant inſuper omnes Parochi aliique Sacerdotes, ne quidquam etiam minimum prò Sacramentorum adminiſtratione, quovis prætextu directè, vel indirectè exigant, ac illicito quæſtu procurent; hujuſmodi enim receptores, vel Simoniaca labe, vel Avaritiæ ſorde infectos declaramus, pę-

pœnisque facinoris atrocitati condignis sęverissime puniemus.

In custodidendis SS. Eucharistiæ Sacramento, Baptismatis fonte, Sacro Crismate, atque Infirmorum Oleo, reverentiam diligentiamque suam Parochi exhibeant, claves semper adhibendo, & apud se retinendo, memores trium Mensium suspensionem, juxta Innocentii III. constitutionem se incursuros. Hinc præcipimus, ut in termino trium mentium à publicatione hujus nostræ Synodi, omnes Plebani, & Parochi apponant, ubi non adest, Baldacchinum firmum suprà Fontem Baptismalem, clavemque argenteam in Ciborio SS. Sacramenti. Contrafacientes autem duorum statim aureorum pœna mulctentur.

Olea Sacra ab ipsa Cathedrali quotannis Ecclesia sumant Plebani, ceterique Curati, & ad ea recipienda non Personam sęcularem, sed Ecclesiasticam mittant, quorum vasa sint argentea, vel saltem stannea, & licteras unumquodque, eorum, olei genus, quod intus exiterit habeat, declarantes, extrinsecus impressas; quæ vasa sic inscripta in capsula è solido nucis ligneo confecta, & tripartita serventur; quam Synodalem legem non observantes graviori pęnę subiaceant.

Sacramentis, vel Sacramentalibus quomodolibet abutentes, vel ea ad alios usus quàm in eos, ad quos à Christo Domino, & ab Ecclesia ejus Sponsa instituta fuere, convertentes, si in Sacris fuerint, ipso facto ab officio, & beneficio suspensos declaramus; si verò non, in excumunicationem majo-

rem

rem absque alia declaratione illicò incurrant. Quà pęna sciant non esse immunes, qui eorum incuria in custodiendis Sacramentis aliquid nefandum inde contigerit; damnum enim dedisse videtur, qui damni tribuit occasionem.

CAP. VI.

De Baptismi Sacramento.

QUanta hujus sit præstantia, ac, Sacramenti necessitas, ex illis verbis: *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei*, facillimè depræhenditur. Omnes igitur curent Parochi Infantium in Baptismali aquà celerem ablutionem, & nullatenus tres ultrà dies à nativitate Parvulorum Baptismum differri permittant, idque debitis cæremoniis à Rituali præscriptis in Parochiali Ecclesià, ubi Fons asservatur Baptismalis, studeant adimplere.

Licèt baptizandi munus ad Parochum, tamquam ad legitimum Sacramenti Ministrum, vel ad Sacerdotem, vel ad Diaconum ab eo delegatum, propriè spectet, nihilominus, ut obvius ubicumque, & quandocumque tàm necessarii Sacramenti Minister habeatur, unusquisque, si recta concurrat in eo voluntas faciendi, quod Catholica facit Ecclesia, adhibeatque propriam materiam, propriamque proferat formam, rationis compos potest validè baptizare; hinc in necessitatis casu etiam sæpèsæpius hoc feminis Sacramentum precipuè Obstetricibus; admi-

administrare contingit. Quapropter pręcipimus pręfatas, sine expressa Parochi facultate Mulieres Obstetricis munus exercere non posse. Hujusmodi verò facultas non nisi formam, materiamue probè scientibus concedatur, nec non intentionem, quæ ad Baptismum requiritur, similiterque hoc modo formam non ignorent proferre: *Io ti batezzo in, o, nel nome, e non col nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo*, quorum prolationi verborum debet esse contemporanea aquæ superbaptizandi caput trina in modum Crucis infusio, ita tamen, ut unus, & idem eodem tempore, qui verba profert necessariò aquam infundat: idcircò nulla Mulier, sub Excomunicationis pœna ipso facto incurrenda, nisi præmisso examine idonea a Nobis, vel Vicariis nostris comprobetur, obstetricandi officium usurpet, & tamen sępè sępiùs à Parochis eamdem instruendam esse jubemus, & si quando minus instructa reperiatur suspendi ab officio, monente Parocho, volumus, donec sufficienter ea, quæ ad Baptismum pertinent, perfectè didicerit: inobedientem excommunicatione ipso facto incurrenda ligamus, Parocumque dissimulantem sæverissimis arbitrii nostri pęnis obnoxium judicamus.

Baptizzati per Obstetrices causà mortis periculi, postmodum, eo cessante, ad Ecclesiam, ut illis solemnes adhibeantur cæremoniæ in Rituali Romano præscriptæ, deferantur; sed priùs accuratè Parocus scrutetur, diligenterque perquirat, an ritè fuerit baptizzatus Infantulus, & in hæsitatione versans, sciat se ad abluendum Infantem teneri, hac

 for-

formà utendo conditionali : *si non esset baptizatus &c.*, quod etiam in expositis Infantibus servari mandamus. Provideant insuper Curati, ut Infantibus baptizzandis nomina non obscæna, non fabulosa, neque profana, vel hominibus ab impiis excerpta, sed potiùs à Cælitibus, Sanctisque mutuata imponantur : quod si aliqui Gentilitiis Familiæ nominibus Infantes insignire voluerint, tunc eisdem alicujus etiam Sancti nomen superponant.

Ad suscipiendos de sacro Pueros Fonte, & Compatrum munus exercendum nunquam Regulares accedant. Clerici verò sæculares in quocumque Ordine fuerint constituti absque nostra, Vicariorumque nostrorum licentià ullo modo admittantur, aliàs pęnis Nobis arbitrariis punientur.

Ecclesiæ omnes, hàc præcipuè Fontis Baptismalis asservationis prærogativà fulgétes, peculiarem retineant librum, in quo Annus, Dies, Mensis, & Hora nati Pueri, vel Puellæ, Dies quoque Baptismi, Nomen eidem impositum, uterque Parens, eorumdemque Pastores, ac Parochia, Patrini item, & nomen Baptizantis fideliter adnotentur, atque equidem immediatè in ipsomet libro in sacrario asservando, non in pagellis à libro distinctis, nec ad aliud tempus cum periculo oblivionis differatur necessaria descriptio, sub pęna scutorum quinque, tàm contra Rectores, quàm, contra eorum Capellanos in supradictis delinquentes in solidum eligenda. Nomina non describantur per Alphabetum in libro, quod tantùm ejusdem fiat in fronte libri pro commodiori Baptizatorum nominum inventione.

Præ-

Præterea Plebani omnes, & Curati fontem habentes baptiſmalem ſingulis annis à die pręſentis conſtitutionis publicationis ad nos libellum, ſeu ſchedulam in qua, ſit dies & nomina eorumdem ſcripta, qui ab ipſis illo anno Plebanis fuerint Baptizzati, eorumque; Parentes, & Compatres eo modo quo in ſupra demandato libro ſe habent, ex ſe ipſis deferant, ſeù per alios tranſmittant. Idque; nullatenus negligatur, contumaceſque, aureorum quinque ſubeant pęnam locis piis applicandorum.

Abſoluto puerperio Mulieres ad Eccleſiam Parocchialem, & non ad aliam, niſi de Parochi licentia, nullatenus in privatis domibus, ſeſe conferant, ut debitas Deo referant gratias, Sacerdotalemve recipiant benedictionem; quod ſi huic Synodali legi non parverint, & benedictionem ab alio, quàm à Parocho ſuſceperint, puerperæ in pęnam, adhuc pro immunda habeatur: Sacerdotes verò tàm ſęculares, quàm Regulares præfatam benedictionem abſque Parochi licentià impertientes, à Divinis ſuſpenſos per decem dies declaramus.

C A P. VII.

De Confirmationis Sacramento.

CUm hoc ſit proprium Epiſcopi Sacramentum ejus etiam profectò exiſtet ſollicitudo, ut debità formà, debitiſque ſolemnitatibus, ac cæremoniis in eo conferendo ab Eccleſia præſcriptis apprimè miniſtretur. Parochi autem, ſuæ nè partes

tes desiderentur, qua debent Populum diligentià sibi commissum de hujus Sacramenti virtute, quando tempus erit, admoneant; suscepturos verò quantum fieri poterit, instruant ut saltem Orationem Dominicam, salutationem Angelicam, fidei Symbolum, Decalogi præcepta memoriæ demandent, nec aliquem nobis puerum proponant confirmandum ante septennium, nempè usum ante rationis, sicuti in Pontificali Romano cautum habemus, ubi cetera ad hoc Sacramentum spectantia recensentur.

Tandem Parochi librum instar Baptizatorum libri custodiendum apud se ipsos retineant, in quo confirmatorum, eorumque Parentum nomina, nec non Patrinorum, Matrinarumque, eadem referantur.

C A P. VIII.

De Sacramento Eucharistiæ.

AUgustissimum sicuti Eucharistiæ Sacramentum Sanctitate, Mysteriorum numero, ac magnitudine, longè cetera antecellit, præ aliis etiam est sanctissimè colendum, atque religiosissimè custodiendum. In omnibus quapropter, & quibuscumque Parocchialibus Ecclesiis, aliisque Regularibus, ubi, ex speciali à nobis concesso privilegio, tàm venerabile Sacramentum retineri, & quàm decentissimè asservari mandamus in Tabernaculo extrinsecùs affabrè elaborato, ornatoque, depicto, serico

rico intrinsecùs autem panno coloris vel albi, vel rubei, nunquam autem violacei, undequaque cooperto, cujus clavem, quam jussimus argenteam esse, serico alligatam rubro funiculo, apud se Parochi semper omni quà par est diligentià conservent, ulli nec alteri Sacerdoti, nisi gravi urgente necessitate, committant; Sæcularibus verò sub pęna suspentionis, quod etiam de clavi pro Sepulchro, in quo feria quinta in Cæna Domini Corpus Christi reponitur, intelligendum, nullo excepto casu concedatur: *Sicuti Rit. Congr. in Calaguritana 1642. 13. Sept., & antea in Pacensi 1616. 30. Jan. ac in Civitatensi 1631. 22. Dec. nec non in Cauriensi 1632. 25. Dec., & etiam in Hispalensi 1637. 28. Mart. decrevit per hæc verba: Clavis Tabernaculi, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum feria quinta in Cæna Domini asservatur, nequaquam Laicis etiam illustribus tradenda est, sed potius dignitati, vel Canonico in crastinum celebraturo. Cui abs re non erit, etiam aliud emanatum Anno 1604. 12. Jan. à Congreg. Episcopor. subnectere, quod est: Claves Custodiæ Sanctissimi Sacramenti nullatenus Abbatissæ, vel Monialibus committantur, sed penès eum Sacerdotem semper esse retinendæ, ad quem spectat illius administrandi cura, nempè perpetuò sint apud earum Confessarium.*

Sanctissimi supra Tabernaculum, semper Umbraculum vulgò Baldacchino, existat, quod (juxtà Sac. Rituum Congregationis Decreta) albi debet esse Coloris, sicut & illud, quod tam in Viatico deferendo, quàm in Corporis Christi Processio-

sionibus debet adhiberi. *Ante verò* [sicuti ait Rit. Congreg. Ann. 1701. 22. Jan.] *ostiolum Tabernaculi SS. Eucharistiæ, in quo depicta, vel insculpta est Imago Salvatoris, non est retinendum vas florum, vel quid simile, sed collocandum in humiliori, & decentiori loco.*

Hoc coram tàm Venerabili Tabernaculo, volumus lampadem die, noctuque lucere, nec satis præcepto consultum existimetur, si ad Altare majus [in quo residere præfatum volumus Tabernaculum, tempore, quo functiones peraguntur Pontificales, excepto; *juxta Sac. Congr. Dec. de Anno* 1594. 28. *Nov. in Cesestana, quod est : Tabernaculum SS. Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in Altari Majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt versis renibus ad Altare*) aut ad aliud Altare, etiam proximum, ut sæpè contingit, aliæ faces refulgeant, quod si Parochi, vel Rectores hæc mandata negligentes contempserint, nedum diminuti sibi cultus Vindicem Deum provocabunt, sed quatuor etiam in singulas vices aureorum pænam, Accusatorem inter, piaque loca æquè dividendam, & alias quoque pro contumaciæ modo, ulla sine spe remissionis arbitrarias incurrant; qua in re Accusatori, vel unico cum Teste denuncianti, ejusque juramento credatur.

Etiamsi vacuum aliquando Tabernaculum, asservando destinatum, Sacramento fortè remaneat, in alios pios quantumvis usus non convertatur, Sanctorum exclusis etiam Reliquiis insignibus, oleorum vasculisve Sacrorum, juxtà Sacrorum Con-

Congregationis rituum verba : *in Tabernaculo ubi asservatur SS. Sacramentum non sunt retinendæ Reliquiæ, nec vasa Sacrorum oleorum, nec aliud*. Nitido autem substrato Sacramentum ipsum corporali, in argenteà Pyxide, albo semper serico conopæo velatà, intus deauratà, nunquam desuper patenam positum, in præfato, ut suprà Tabernaculo servetur.

Singulis decem æstivo diebus, hyemali verò saltem quindecim tempore, veteri consumpto Sacramento recens consecratum subrogetur, Parochialium caveantque Ecclesiarum Rectores, ne in eorum Ecclesiis Eucharisticus unquam cibus deficiat.

Angelorum Panem Viatoribus manducandum summà cum reverentià Parochi, aliique apponant Sacerdotes, & ministrent. Et non solùm ritus in tali ipsi sacrosancto servent ministerio, & quoad habitum, Superpelliceum, Stolæ colorem, & preces, juxà Ritualis Romani præscriptum, nec non Sac. Dec. Congreg. Rituum, cæremonias, verùm etiam curent, ut Fideles omnes ad hanc Sacram summà devotione, humilitate, ac modestia, mensam accedant, & nisi loci prohibeat angustia, vel insolita confluentium multitudo distributis hinc inde lateribus, fœminæ à Maribus segregentur, quæ quidem vultù demisso, velato capite, modestoque prorsus habitu sacram Synaxim recipiant; Eleemosynas verò sacculo, aut pelui nullatenus à Sacræ Mensæ assidentibus ante, vel post Communionem expostulent, vel faciant flagitari, etiam ad venerabilis

bilis Sacramenti societatis commodum, aut à sponte etiam dantibus recipiant, sub pęna ad mensem contrafacientibus suspensionis ipso facto incurrendà.

Omnes prætereà publicos peccatores, Concubinarios, Fæneratores, Meretrices, Lenones, blasphemos, pręstigiatores, coniuges seorsim illegitimè viventes, interdicto innodatos, excommunicatos, ceterosque in publicis, patentibusque flagitiis degentes ab Angelorum esca jejunos dimitti, ac penitus per supradictos nostros Parochos volumus, atque præcimus propulsari.

Ad Sacram, præterquam in Mortis Articulo, rationis usum habentibus non denegandam, non ante decimum ætatis Annum Comunionem Pueri admittantur; diligens tamen semper examen super idoneitatem requisita præcedat instructio per proprium facienda Parochum, ne divina fortè ignorantes Mysteria, quæ tanto in Sacramento continentur, indignè, vel certè inutiliter Angelico Pane vescantur.

Ut singulis semel Oves saltem Annis suis à Parochis agnoscantur, tempus omnes intrà Paschale, sacram suà in Parocchiali Ecclesia Eucharistiam suscipiant. Hinc Sanctæ obedientiæ virtute omnibus præcipimus Parochis, ut in Dominicà Passionis quotannis Missarum inter solemnia, caput illud Lateranensis Concilii lingua exponant Maternà, cujus initium est: *omnis utriusque sexus &c.* in Rituali Romano de Paschali Communione, appositum, majorisque Commoditatis gratià etiam hic infe-

inferius describetur. Quod si, hoc non obstante, aliqui perditi fuerint homines, Leges omnes contemnentes, animęque propriæ salutem, præceptum de Communione Paschali non adimpleverint, quacumque excusatione rejectâ, contumaces ad nos deferant, ut eos à Fidelium Communione sejungamus, *secundum Conc. Congreg. Decret. de Anno* 1587. 28. *Jan. sic alloquens : Licet Episcopo adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas cap. omnes utriusque sexus de pęni., & remiss. contemnunt, etiam ad excommunicationem procedere, nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causâ Communio ad tempus dilata fuerit, & potest pro hiusmodi excommunicatorum emendatione eleemosinas iniungere alicui pio loco applicandas : non tamen expedit talium absolutionem sibi reservare*. Etsi Ecclesiasticis quoque censuris obdurati adhuc parere contempserint, postquam per annum in excommunicatione insorduerint, contrà eos tamquam de Hæresi suspectos judicialiter procedemus; Quæ ut fidelius fiat notificatio, modus hujusmodi servetur. Habeant Curati Librum, singulorum, in quo annis eorum singulis, qui sacra non fuerint Eucharistia refecti, nomina notent; & si illo omnes anno Ecclesiastico paruere præcepto, propria id Curatus manu in eodem libro resignet; per totam deinde Pentecostes Octavam, Nos, quid fuerit peractum fideliter certiores efficiant. Pecuniariâ nostrum ad arbitrium erunt pœnâ negligentes mulctandi.

Si quis autem eo absens tempore fuerit à pro-

prià citra dolum Parochia (cum hoc non nisi in proprià Parochiali Ecclesià præceptum, & nullatenus in alià etiam Regularium, sub quovis privilegii prætextu impleatur, immò si hoc Regulares peregerint, in excommunicationem Papæ reservatam incurrent; *uti conspici potest in Clem.* 1. *de privileg. in Congreg. Decret. Concil. in Aretina* 1617. 9. *Jun. & anteà in ead.* 1616. 1. *Jul.*) cum primum redierit, de peractà alibi Confessione, & Communione locupletissimum testimonium Parocho exhibeat, vel sine morà prævia Confessione in proprià Ecclesia Communicet, aliàs cum eo agatur, ac si præceptum de SS. Eucharistia in Paschate sumenda minimè observasset. Omnes [uti Sac. Congreg. Rituum ait] *de Clero etiam Canonici Eucharistiam sumant de manu Celebrantis in Feria quinta in Cœna Domini;* quod Anno 1608. 17. Sept. emanavit.

Hinc omnes quoque de Clero Feria V. in Cœna Domini sub pęnà suspensionis recipiant Sanctissimam in Cathedrali Communionem, nisi fuerint legitimè impediti per Episcopi manus, in aliis nostræ locis diæcesis, à proprio Parocho, *juxtà Sac. Congreg. Rit. decr. quæ anno* 1691. 13. *Sept. sic jussit: occurrente festo S. Josephi in Feria quinta Majoris Hebdomadæ, per Ordinarios locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ quidem Missæ privatæ ante celebrationem solitę Missæ Conventualis celebrandæ pro præcepti adimplemento non desint, sed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemni ejusdem diei, quo Ecclesia SS. Eucharistiæ Sacra-*

cra-

cramenti institutionem, & memoriam recolit, summa Religione hactenus retentus nullatenus omittatur. Cui non inconsultò addimus aliud sequens de Anno 1659. 24. Jun. cujus hæc sunt verba: Non licet in Ecclesiis in quibus non asservatur SS. Sacramentum Celebratio Missæ in feria V. in Cœna Domini, nec ejusdem Augustissimi Sacramenti asservatio in Sepulchro.

Frustrà autem Dominici Corporis, & Ecclesiastici præcepti contemptoribus pœnas infligimus, nisi modum aliquem, quo morbidæ hæ pecudes à reliquo sano Grege dignoscantur, statuamus; Monemus proindè, ac distinctè mandamus, ut omnes Parochi, universis suis Parochianis singulas schedulas, quas vulgo *Bollettini* vocant, aliqua notà ad libitum obsignatas, nomine Communicantis, vel proprià Parochi, vel alià sibi fida manu in posteriori parte inscriptas circa tempus Passionis consignent, easdemque schedulas in actu Communionis à singulis repetant.

Sub Interdicti pęna SS. Eucharistiæ Sacramentum sine nostra, vel nostri Vicarii Generalis, nostrorumve Vicariorum Foraneorum expressa facultate, omninò exponi palàm prohibemus, quibuscumque non obstantibus facultatibus, & concessis à nobis hucusque licentiis, quas ab hujus nostræ Synodi publicatione volumus cassatas, nulliusque deinceps roboris esse declaramus. In propriis autem Ecclesiis, à Nobis, vel Vicariis nostris supradictis ex publica causa probanda Angelicum publicè Panem, Fidelium Adorationi Regularibus exponere non denegamus. Pro Novenis verò, &

Octavariis sat est, ut quolibet anno supplici pro exponendo SS., Libello, licentiam à Nobis, vel Vicario nostro impetrent Generali. Ex causà autem possint privatâ, dummodò Sanctissimum è Tabernaculo Sacramentum non extrahatur, juxtà Dec. inferius Sac. Congregationis reponendum. Si quis verò ad infirmi incolumitatem alicujus impetrandam Sacræ expositionem Hostiæ postulaverit, id ei, nisi Infirmus, de illis publicæ utilitati viventibus existat, gubernatione fulgeat, & præeminentia, non concedatur. *Decretum de Anno 1603. 27. Maii à Congreg. Episcop. in Tortonen., & anteà in Cajetana 1602. 25. Octob. emanatum, ità se habet: Expositio publica venerabilis Sacramenti Eucharistiæ non potest fieri à Regularibus, nisi de licentià Episcopi, & ex causà publica ab eodem probata; & hoc etiam in aliis procedit Ecclesiis quocumque modo exemptis, & non habentibus jurisdictionem in Populum, ut declaravit ead. Congreg. in Florentina Jurisdictionis inter Archiepiscopum, & Episcopum Fesulanum 1696. 18. Maii.*

In SS. Exponendo Sacramento Altare, vel Capella, in qua est collocandum, decentissimè ornetur, absque tamen Sanctorum Reliquiis, eorumque, sine depictis, sive sculptis Iconibus, & multò minus cum ossibus etiam mortuorum depictis, vel nigri coloris pannis, signis aliisve funereis; sexdecim ad minus in circuitu semper ardeant super altare Luminaria, duo semper ad minus adsint, qui Sanctissimum sedulò custodiant Sacramentum: ubi Clericorum est copia, sint Clerici superpelliceo, ac Stola induti; si verò haberi non possint, sint habi-

tu

tu cooperti Confraternitatum Laici, ſub pęnis à Nobis Tranſgreſſoribus infligendis.

In Mortis periculo laborantibus Panem Vitæ, Sanctiſſimum nempè Viaticum porrigi à proprio dumtaxàt Parocho [nam ullo modo Regularibus licet, *ut in Dec. de Anno* 1700. 5. *Jun. Congreg. Concil. in Neapolitana*, *&* *antea in Gerunden.* 1694. 13. *Febr. ac etiam in Ripana* 1652. 3. *Febr. nec non in Cremen.* 1649. 27. *Febr. per hæc habetur verba. Regulares miniſtrantes Laicis Sęcularibus Infirmis hoſpitantibus in eorum Conventibus Sacramenta Euchariſtiæ per modum Viatici, & Extremæ Unctionis abſque Epiſcopi, vel Parochi licentià, Cenſuras in Clem.* 1. *de privileg. inflictas incurrunt, & poſſunt per ordinarium, etiam per Cedulones excummunicati declarari.*] præcipimus, omnibus his opportunè, ritèque ſervatis, quæ in Rituali non ſolùm Romano præſcribuntur, verùm etiam quæ ſunt ex laudabili introducta conſuetudine, & melius quæ ex Romæ promulgatis inſtitutionibus Anno 1695. de Innoc. XII. Mandato. Parochi idcircò omnes pro locorum qualitate, & Methodum noſtris hiſce laudatiſſimam temporibus introductam inſinuent, atque ordinent, tàm quoad intorticia, Societatem, quæ intereſſe debet, quàm quoad preces recitandas, atque canendas, quoad illarum rerum munditiam, quæ ſunt pro adminiſtrando Viatico deferendæ, & quoad tandem Campanæ ſonum, Umbellæ delationem, & cetera hujuſmodi.

Perpendant Parochi, omnibus dubià gravique periclitantibus ægritudine Sanctiſſimum cum albi plu-

pluviali coloris per Civitates, & Oppida Viaticum deferentes, atque tradentes, argenteo quod semper deaurato in Vasculo afferatur: Pietatem etiam excitent Populorum, ut venerabile hoc ergà Sacramentum venerabundæ exhibeant associationis obsequium, & ut à summis concessas Pontificibus, quas expletà functione tenentur Comitantibus Parochi denunciare Indulgentias lucrentur; quorum Decretum, & Summarium, hìc inferius pariter, unà cum de non utendo paruo pilèolo decreto in SS. Eucharistiæ delatione, nocturno etiam, alicujus Infirmitatis prætextu, tempore, apponetur.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

Decretum Sac. Congreg. Concilii de Communione Quotidiana.

Cum ad aures SS. D. N. Fide dignorum Testimonia pervenerint in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiam in Feria Sexta Parasceve, & simul affirmari, eamdem quotidianam Communionem præceptam esse à jure divino, quin etiam in illius administratione aliquos abusus inolevisse, videlicet, quòd aliqui, non in Ecclesià, sed in privatis Oratoriis, & Domi, imò cubantes in Lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis notà, sumant sacrosanctam Eucharistiam, quam argenteà theca inclusam in crumena, aut secretò illis deferunt Sacerdotes Seculares, aut Regulares, aliique in Communione accipiant plures formas, ac Particulas, vel grandiores soli-

solitò ; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit Sacræ Congregationi Cardinalium Concilii interpretum, eadem Sacra Congregatio, prævià matura discussione super prædictis, unanimi sententiâ ità censuit ; Et si frequens quotidianusque Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à SS. Patribus fuerit semper in Ecclesià probatus, numquam tamen, aut sæpius illam percipiendi, aut ab eà abstinendi certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos, nec Concil. Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantùm indicavit, cum inquit : Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent ; idque non immeritò, multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negocia spiritus alienationes, multæ è contrà gratiæ, & Dei Dona parvulis concessa, quæ cum humanis oculis scrutari non possumus, nihil certi de cujusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano Vitalis Panis esu potest constitui, & propterea, quod ad negociatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus Confessariorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu Laicis negociatoribus, & Coniugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. In Coniugatis autem hoc amplius animadvertant, cum B. Apostolus

nolit

nolit eos invicem fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent orationi eos seriò admoneant, tantò magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cælestium Epularum Communionem esse conveniendum. In hac igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidianà Sacræ Communionis sumptione unicà præstituantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos seù Confessarios sibi decernendum putet, illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio, seù frequenter, seù quotidiè accesserit, repellatur, & nihilominus det operam, ut unusquisque dignè pro devotionis, & præparationis modo rarius, aut crebrius Dominici Corporis Suavitatem degustet: Itidem Moniales quotidiè sacram Communionem petentes, admonendæ erunt, ut in diebus ex earum ordinis instituto præstitutis communicent; siquæ verò puritate mentis eniteant, & fervore Spiritus ità incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidianà SS. Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, operà quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum Fideles ad SS. Sacramenti frequentiam, [quod facere debent] ascenderint, statim ad illud sumendum de magna præparatione Orationem habeant, generatimque ostendant eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive Laici negociatores sint, sive coniugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac

Divi-

Divini Judicii fortitudine discant cœlestem Mensam, in qua Christus est, revereri, & si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere, seque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio ergà SS. Sacramentum pro illâ gratias Deo agant, eamque ipso adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentia, & scandali suspicio in veri, & Immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in sumentibus augeantur; quod abundè continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, divinâ præstante gratiâ, tenentur, seque sacratissimo Pane frequentius reficiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore, & Charitate assueverint, quibus Christum Dominum, qui se Fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in Cœlesti Regno se præmium est daturus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem, & dignam præparationem, & sumptionem largiatur. Porrò Episcopi, & Parochi, seù Confessarii redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure Divino: doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seù Privilegio Pontificis, de manu Sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in Crumenâ, aut secretò ad existentes Domi, vel cubantes in lecto, præterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesiâ deferatur publicè, & cum pompa juxtà formam Ritualis Romani, si verò

 ab

ab Oratorio privilegiato, cum formâ decenti. Curent etiam, ut circà Communionem in Feria sexta in Parasceve Missalis Rubrica, & Ecclesiæ Romanæ usus servetur; insuper admoneant nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas; non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secùs egerint, sciant Deo Opt. Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributâ.

Et factâ de prædictis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua approbavit, ac præsens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum &c.

Dat. Romæ 12. *Febr.* 1679.

E. Cardinalis Columna Præf.
S. Archiepisc. Brancaccius Episcopus Viterbien. Secr.

Con-

Constitutio 45. Innoc. XII. quâ confirmantur Indulgentiæ ab Innoc. PP. XI. concessæ pro comitantibus SS. Sacramentum, dum ad Infirmos pro Viatico defertur, & aliæ quoque conceduntur.

DEbitum Pastoralis Officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini divinâ dispositione præsidemus, exigit, ut ad augendam Fidelium Religionem, promovendamque animarum salutem piâ charitate intenti; spiritualium gratiarum concessiones, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ad incitandam, fovendamque eorumdem Fidelium ergà SS. Augustissimumque Corporis, & Sanguinis Domini N. J. Christi Sacramentum, pietatem, atque devotionem providè, & salubriter emanasse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio roboremus, ejusdemque SS. Sacramenti cultum uberiori cœlestium munerum elargitione, quantum nobis ex alto conceditur, ampliare studeamus. Aliàs siquidem fel. rec. Innoc. PP. XI. Prædecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, tàm in almâ Urbe nostrâ, tunc suâ, quàm alibi ubicumque locorum degentibus, qui præfatum SS. Eucharistiæ Sacramentum, cum ad Infirmos pro Viatico deferretur, devotè comitati fuissent, ac pro Christianorum Principum concordiâ, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, quacumque vice id egissent, si cum lumine septem annos, & totidem quadragenas, si verò sine lumine illud, ut præfertur, comitati fuissent, quinque annos, & quinque quadragenas

nas respectivè de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet per eos debitis pœnitentiis, in formâ Ecclesiæ consuetâ, sub certis modo, & formâ tunc expressis, misericorditer in Domino relaxavit, & aliàs, prout in ipsius Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili formâ Brevis die prima Octobris 1678. expeditis, quorum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Nunc autem Nos, memorati SS. Sacramenti venerationem in dies magis, magisque augeri, piumque, ac laudabilem, quem benedicente Domino in Urbe præfatâ, ex quâ bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes diffunduntur, sacratissimum hoc salutis nostræ pignus, cum ad Infirmos defertur, decentius comitandi morem, certis desuper dilecti filii nostri in eâdem Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis auctoritate præscriptis Regulis, institui curavimus, ubique locorum, & Gentium extendi, & propagari summoperè cupientes; concessionem à memorato Innocentio Prædecessore, sicut præmittitur, factam, ac desuper expeditas ejus Literas præfatas, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Præterea omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, ubicumque existentibus, qui legitimo aliquo impedimento detenti, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum supradictum, cum illud ad Infirmos deferri contigerit, personaliter comitari nequiverint, sed tamen lumen, seu facem per alios eâ occasione deferendam miserint, & ut præfertur oraverint, quâcumque vice id egerint, tres

an-

annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet per eos debitis pœnitentiis in formâ Ecclesiæ consuetâ harum serie relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ, in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides, tàm in Judicio, quàm extrà illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris die 5. Jan. 1695. Pontificatus Nostri Anno 4.

J. F. Card. Albanus.

Sommario di dette Indulgenze.

Chi accompagna il SS. Viatico agl' Infermi col lume acceso, guadagna Anni 7. d' Indulgenza, ed altrettante quarantene.

Chi accompagna senza lume, Anni 5., ed altrettante quarantene.

Chi legittimamente impedito manda la Torcia, ò Candela, per altri, ò la consegna in Parrochia, perchè sia da altri portata, Anni 3., ed altrettante quarantene.

Chi similmente impedito, reciterà un Pater noster, ed un' Ave Maria, giorni 100. d' Indulgenza.

La medesima è conceduta alle Donne, che senza uscire di casa, dicono similmente un Pater noster, ed un' Ave Maria, pregando il Signore per la perso-

na inferma, che si comunica.

Declaratio S. Congregationis Rituum, quod deferentes Viaticum ad Infirmos uti nequeunt Pileolo, sub pratextu infirmitatis.

Quasitum fuit à Parochis Urbis, an ipsis ministraturis Sanctissimum Sacramentum Infirmis, liceat de die, vel saltem de nocte uti parvo pileolo in delatione ejusdem per Civitatem, sub pratextu alicujus infirmitatis, absque speciali licentiâ hujus Sacra Rituum Congregationis. Et eadem Sac. Congregatio respondit negativè Die 13. *Augusti* 1605.

Cap. Omnis de Pęnit. & Remiss.

O*Mnis utriusque Sexus Fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti: & iniunctam sibi pęnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Paschâ Eucharistia Sacramentum; nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum; aliòquin, & vivens ab ingressu Ecclesia arceatur, & moriens Christianâ careat Sepulturâ. Unum hoc salutare Statutum frequenter in Ecclesiis publicetur: ne quisquam ignoratia cacitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit, justâ de causâ sua confiteri peccata licentiam priùs postulet, & obtineat à proprio Sacerdote: cùm aliter ipse illum non possit absolvere, vel ligare. Sacerdos autem sit discretus, & cautus,*

tus, ut more periti Medici superfundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat ei prabere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum ægrotum. Caveat autem omninò, nè verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem: sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ, cautè requirat: quoniam, qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solùm à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendam perpetuam pænitentiam in arctum Monasterium detrudendum.

C A P. IX.

De Sacrosancto Missæ Sacrificio.

UT eâ, quà par est, Religione, & Sanctitate Sacrosanctum Missæ Sacrificium peragatur, omnibus virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus Sacerdotibus, ut quæ S. M. Urbanus Papa VIII., & Sac. Ritu. Congreg. decreverunt circa Missarum celebrationem, nec non quæcumque in Rubricis, etiàm minima præcepta Romani Missalis distinctè contenta, avidè addiscant, ac diligenter observent; ità ut si cæremonias omnes, ritusve adamussim non servaverint, vel Missam memoriter recitaverint, cum totam distinctè eam in Missali legere debeant, paucis, quæ in propriis seor-

seorsìm inter infima Altaris Candelabra Tabellis impressis exhibentur, exceptis; itidem, si in dicendo major, agendoque celeritas, quàm rei Sanctitas exposcat, Sanctum videlicet celebrando Sacrificium vix tertiam horæ partem insumant, quæ jure meritò vulgò Missæ pro venatoribus nuncupantur; præteræà si genuflexiones ad terram usque, loco, ac tempore congruentes non producantur, si cum unâ, vel quatuor Candelis, nedum Vicarii Generalis in Missa, *juxtà Sac. Ritu. Congreg. Decretum Anno 1627. Aug. 27. emanatum, ità expositum: Ad Missam Vicarii Generalis non debent accendi quatuor Candelæ, nec assistere duo Capellani*, atque aliud ab eàdem emissum *Anno 1627. 7. pariter Aug. Non possunt Vicarii Generales quando celebrant, habere duos Capellanos, sive Clericos, qui illi cum cottis inserviant, etiamsì sint Protbonotarii, sive Vicarii Apostolici: neque in Altari quatuor Candelas accensas tenere, nisi hoc fieret in illo Altari propter Solemnitatem diei Festi*, si absque Veste talari, & cum appostitià Coma, & anulo, etiamsì Doctores sint, *uti Sac. Rit. Congreg. Anno 1628. 20. Nov. loquuta fuit: Anuli usus in Missa prohibetur Prothonotariis non participantibus, doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium*; vel in aliqua dignitate constituti, quamvis hoc pro Canonicis moderationem patiatur, *uti eadem Anno 1663. 4. Aug. dixit: Possunt Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie*; si non detecto capite, etiam quoad pileolum, quod absque speciali Pontificis licentià deferri

ferri non poteſt, *ſicuti eadem Sac. Rit. Congreg. ait. Anno 1626. 24. Apri. Facultas concedendi uſum Pileoli in Miſſa ſpectat ad Papam*; ſine Tonſurà, & coronà, ſi vel ante auroram, vel poſt Meridiem, ad Altare exſecratum, ſine tribus tobaleis, ſine Cruce, vel cum ipſâ non ſculptà Crucifixi imagine, ac demùm ſi nonnulla ad Sacrificandum inſtrumenta, & quæ ad tegendum, vel abſtergendum Calicem ſordida immundaque exiſtant; ex quibus omnibus profectò in Sacerdote pietatem, in Sacrificio reverentiam, ac Majeſtatem, ac in Adſtantibus gravi cum ſcandalo, animarumque pernicie eſt compertum devotionem non excitari; tàm gravi idcircò malo volentes occurrere, decernimus, ut omnes, qui in ſupra caſibus deliquerint recenſitis, ſint à Miſſæ ipſo facto per menſem celebratione ſuſpenſi; & ſi error, eo quod cæremonias ignorent, ac ritus evenerit, accedere amplius ſacrum ad Altare non poſſint, donec per Cęremoniarios, fuerint, deputatos, inſtructi idoneique perpenſi, reſpectivè quorum Vicariis noſtris exhibeant atteſtationem. Quibus pęnis multoque majoribus illi ſubiaceant, qui nec ipſo celebrationis actu Tabacci ſumptionem prętermittunt.

Nemo quamvis legitimè, doctus quantumlibet, ordinatus in noſtrà primam Diæceſi Miſſam celebrare præſumat, quin rectè prius ab aliquo ex noſtris Cæremoniarum Magiſtris ſit inſtructus, ſine cujus atteſtatione, & facultate à Nobis, vel noſtris Vicariis in ſcriptis obtenta; & per octo ſaltem ſubinde dies periti Sacerdotis aſſiſtentià ad Altare

accedere præsumpserit, sit obnoxius suspensioni.

Sacristas, Ecclesiarumve Rectores, Custodesque omnes, vel quocumque alio nomine nuncupatos, si in eorum Ecclesiis celebrare permiserint Sacerdotes quoscumque tàm seculares, quàm Regulares publicà censurà irretitos, vel notorio crimine diffamatos, item advenas, vagosque Sacerdotes alterius Diœcesis, absque nostrâ in scriptis, vel Vicariorum nostrorum facultate neutiquam obtinenda, nisi proprii ordinarii Commendatitias Litteras exhibuerint adeò recentes, quibus pro locorum, unde venerunt distantià, fides adhiberi possit, pecuniarià Scutòrum decem, & respectivè suspensionis pęnà ipso facto incurrendâ mulctamus, à quâ nullo modo Regulares immunes declaramus, juxtà Sac. Congreg. S. Ufficii Decréta de urbe, per ejusdem circulares litteras transmissa: Verba Decreti sunt de Anno 1649. 11. Aug. emanata: *ne admittant Regulares ad celebrandum in suis Ecclesiis Sacerdotes sæculares nisi visis litteris testimonialibus, subscriptis à Vicario Generali seù Foraneo Episcopi loci. Hoc anteà dixerat Congregatio Concilii in Bononien.* 1620. 2. *Jul.*

Nostræ quoslibet Dięcesis Sacerdotes, ut post quam, quæ hucusque de Celebratione sunt dicta Missarum, adimpleverint, sciant ulterius [exceptis Feriis V. VI., & Sabbato Sancto Majoris Hebdommadæ] semel in die, celebrare posse. Qui autem [Nativitatis Domini Die, in qua ejus nocte non licet, *juxtà Dec. Anno* 1641. 7. *Dec. à Sac. Rit. Congreg. emanatum dicentis: Non licet in medià nocte Nati-*

Nativitatis Dominicæ celebrare successivè alias duas Missas, & in eis sacram Communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus, sed utrumque omninò prohibitum: Hoc etiam posteà decisum fuit 1664. 20. Apr. ab ead. Congr. Rit., & casibus à jure permissis exceptis] pluries quàm semel in die sacrum facere præsumat, biennali suspensione ipso facto incurrendâ, & quinquennali Triremium pœnà sit absque ulla spè gratiæ puniendus.

Nulli liceat Sacerdoti Sæculari, vel Regulari Missas cantare solemnes, nempè cum Diacono, & Subdiacono in quâcumque Ecclesià, vel Oratorio intra alicujus Parochiæ limites absque Parochi licentià, qui nihil innovet, sed dictarum consuetudines Ecclesiarum servet, & servari faciat, sub nostro pœnis arbitrio infligendis.

In Confraternitatibus, Oratoriis, & Ecclesiis Curam non habentibus animarum, Dominicis, Festisque diebus de præcepto, Missa priusquam celebret Parochus, sine ejus licentià non celebretur; quapropter debet ipse in hora suæ Missæ determinandâ valdè esse discretus; Hinc si plures in suà fuerint diebus Missæ Festis Ecclesià celebrandæ, ità distribuat, ut aliquæ summo manè, aliquæ deinceps usque ad Meridiem, una post aliàm ordinatè celebrentur, & sic Fideles possint commodè omnes non solùm satisfacere præcepto, verùm etiam propriæ consulere Devotioni. Quando autem Parocho, vel cuilibet alio simplici Sacerdoti, vel quomodolibet Graduato, Missam canere cum Ministris solemnem occurrat, nullo modo Presbyteri

M 2 assi-

assistentiam cum Pluviali adhibeat, sub pœnâ suspensionis à Divinis ipso facto ab utroque incurrendâ; sicuti etiam si in tali auderet Missà uti Pluviali indutis Cantoribus, quorum duorum usum in Vesperis relaxamus.

Ut piæ Testatorum, seù Fundatorum dispositiones Missarum onera præscribentes, adamussim omnes penitus conditiones Ecclesiæ, vel Altaris, dierumque ullâ absque fraude impleantur, præcipimus, & mandamus, ut duos infrà Menses ab hujus Decreti publicatione, Parochi omnes, Rectores, ac alii quicumque Clerici Curam habentes Ecclesiarum, aliique earumdem Administratores, in earum curent Sacristiis in tabellâ eorum expensis comparandà, omnia, & quæcumque describi onera, Missarumque per ultimarum dispositiones Voluntatum Legata, vel quomodolibet inter vivos, aut ex consuetudine inductâ, specificè quis reliquerit adnotando, de quo tempore &c.; qui Catalogus sit in dies, mensesque distributus. Omnibus præterea antedictis, ut in termino provideant enunciato libellum, mandamus, in Sacristia semper retinendum, in quo ipsi Parochi, Rectores, Capellani, aliique ad Missas quomodolibet celebrandas obligati, suorum satisfactiones onerum, expressà quotidiè causà, singulis vicibus proprià manu describant, nec pro libito scriptoris cujusquam ministerio utantur ad mentem Innocen. Papæ XII. in ejus Constitutione editâ de Anno 1697., quæ cum aliis Congregationis Decretis hujus in Calce Capituli apponetur: Decem pœnâ scutorum erunt inobe-

bedientes mulctandi, pro quorum adimplemento nostrorum Conscientiam Vicariorum oneramus, qui circa hujus invigilent observantiam Decreti, nec non per Epistolam quolibet saltem Anno, non tantùm de Tabellæ appositione, Libri provisione, ipsiusque usu, prout suprà sancitum est, Nos certos omni reddere diligentià laborent.

Quoad verò Sacerdotes onera, ratione Beneficii, Capellæ, vel officiaturæ Missarum habentes, sat est, ut quisque ipsorum suum apud se libellum retineat peculiarem, in quo distinctè sint obligationes descriptæ, nec non proprio charactere satisfactiones, causà, & nomine expresso sub Die quo ipsi celebrant; & quolibet ad Nostros respectivè Vicarios eundem trimestre deferant Libellum, quorum cura videre erit, & prædictas approbare satisfactiones, sub duorum pro quâlibet vice pœnâ contumacibus aureorum. Et omnes ut supradicti, qui ex lege fundationis, vel aliàs quommodocumque ad quotidiè cum Sacrificii applicatione celebrandum sunt obstricti, propriæ Conscientiæ, quoad unius diei in singulis hebdommadis consulant vacationem; Decretum Sac. Congreg. editum in unâ Collen. die 18. Sept. 1682. hic inferius imprimi mandamus.

DE

DE SS. MISSÆ SACRIFICIO.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalium Concil. Trid. Interpretum ſuper celebratione Miſſarum, etiam cum declarationibus, & innovatione Decretorum ab eâdem Sac. Congreg. authoritate, fel. rec. Urbani PP. VIII. deſuper aliàs factorum, unà cum additionibus Innoc. PP. XII.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

NUper à Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum prodierunt Decreta tenoris infraſcripti, videlicet.

Aliàs ſuper celebratione Miſſarum, ac prohibitione illas moderandi, ſeù reducendi, abſque Sedis Apoſtolicæ licentiâ, necnon ſuper earumdem oneribus perpetuis ſuſcipiendis, & Religioſorum numero, ultrà redditus, & conſuetas eleemoſynas locorum Regularium, non habendo, emanarunt ab hac Sac. Congr. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate per fel. rec. Urbanum Papam VIII. illi ſpecialiter attributâ, quamplura Decreta tenoris ſequentis.

Cum ſæpè contingat in quibuſdam Eccleſiis tàm magnum Miſſarum celebrandarum numerum, ex variis De-

Defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, ut depereant piæ Testantium voluntates, & obstricta Benefactoribus fides violetur, Defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitus subtrahatur cultus, ac Christifideles, gravi scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cetera fomentum præbeat, aut quod ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri; aut quòd Ecclesiis, sorte pecuniarum assumptâ, plerumque nuda remaneant onera Missarum, absque ullo emolumento, aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, ut non facilè inveniantur, qui velint huic se muneri subjicere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeò exigui, ut Sacerdos pro necessariâ suâ sustentatione novis se oneribus obstringere compellatur. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens facturam se rem Deo gratissimam, charitatique, ac Justitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat hunc teterrimum abusum è Christiana Republica convellere, atque eradicare. Sanctiss. D. N. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributâ, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò districtè probibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesanâ Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo, reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Con-

Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; aliòquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contrà hujus probibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab unâ, sive à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis piis quibuscumque, tàm Secularibus, quàm Regularibus; Sacra Congregatio sub obtestatione Divini iudicii mandat, ac præcipit, ut absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosynæ præscriptæ fuerint, itàut aliòquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimmò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò ut deinceps observetur exactius Sac. Congregatio eàdem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibusvis Personis, Ecclesiis, ac Locis Piis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seù Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac

Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſiâ removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Mißam ſuſcepit celebrandam cum certà Eleemoſyna, ne eamdem Miſſam, alterì, parte ejuſdem Eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Prætereà, ne in Eccleſiis, in quibus onera Miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt, adimplendis eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera hujuſmodi cum nullâ, aut parvâ ſint utilitate coniuncta; ſtatuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac Bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, ſocietatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tàm ſæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, ſub pœnâ interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ipſo facto incurrendâ à die realis acquiſitionis, ſtatim deponi debeant pœnes Ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, ſeù illorum pretium quamprimùm inveſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreßâ, & individuâ mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

Ac ſi eadem Bona immobilia Auctoritate Apoſtolicâ deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium, ſub eadem pœnâ, ut ſuprà, deponi, atque in aliis Bonis Stabilibus itidem fructiferis, cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sac. Congregatio quibuſvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & Singulis Eccleſiarum, ac Piorum Locorum,

rum, tâm Sacularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne inposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum; Saculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares verò, sine Generalis, vel Provincialis Consensu, & licentiâ, in scriptis, & gratis concedendâ: aliòquin Sacularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso; Regularis verò pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebat, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cetero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ absque aliâ declaratione incurrat.

Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ità demùm iidem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; aliòquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis, in futurum recipiendis, & Capsulas auferant ab Ecclesiis, cum inscriptione illâ: Eleemosynæ pro Missis, *vel aliâ simili sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne Fideles hac ratione frustrentur.*

Episcopus verò, seù ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentià pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut Loco Pio incumbentibus; nec anteà assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit illius Sacerdotes, tàm novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse; præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & Locis Piis relinquuntur, omni-

omninò respondeant oneribus adiunctis, secundum morem cujusque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremò Illustrissimi Patres, non sine gravi animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem disciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus Missarum suprà vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quàm ferant redditus, & Eleemosynæ cujusque Monasterii; inhærentes summorum Pontificum, ac Sac. Trid. Concilii Decretis, hac de re editis, Sanctiss. Domini Nostri auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, existentium intrà fines Italiæ, & Insularum adiacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in quâlibet Provinciâ adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum usu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & Proventus omnes, consuetas item Eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasteriorum, Conventuum, & domorum ejusdem Provinciæ, quàm etiam singularibus Personis Religiosis assignatas, seù permissas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum

 im-

immediatè præcedentium habita ratione diligenter, & maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliave cujuslibet generis onera conſueverunt abſorbere.

Eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior, cujus intereſt in proximo Capitulo, ſeù Congregatione Generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus, ab ipſomet Capitulo, ſeù Congregatione deligendis, proponat, qui computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, & oneribus, ut ſuprà, detractis, ſedulò examinent, quot Religioſi homines, connumeratis etiam Laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus in unoquoque Monaſterio, Conventu, & domo Regulari, juxtà Regionis, & proprii Inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in commùni habentes competenter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem Bonorum, Redditaum, Eleemoſynarum, & onèrum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeù Congregationi exbibeant, ut in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cujuſque Familiæ, Monaſterii, Conventus, ac domus Regularis, in ſingulâ quâque Provinciâ, certus earum tantùm Perſonarum numerus Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus eleemoſynis, & obventionibus, ut ſuperius, ſufficienter ali poſſint.

Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſerius, aut remiſſius, quàm par eſt, ſuo muneri ſatiſfaciant; mandat Sac. Congregatio, ut infrà Annum poſt proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere Capitulariter geſta in authenticam formam redacta ad Sacram miſſa Congregationem Concilii, ſinguli mittant.

Nu-

Numerumque Familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi Regularium, Capituli, seù Congregationis Generalis, vel Provincialis Sententiâ, & auctoritate præfinitum, iidem Superiores, tàm Generales, & Provinciales omnes, quàm locales perpetuò servare omninò teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti redditaum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentiâ. Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut suprà, præscriptum quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium Officiorum, quæ tunc temporis obtinebant, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apostolica infligendis pęnis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declaravit.

Deinceps verò Monasterium, Conventus, domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seù Regularium nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis hujusmodi Locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seù Religiosi degere, & ex redditibus, ac consuetis eleemosynis, detractis omnibus, ut suprà, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti fel. record. Gregorii XV. hac de re editi; aliòquin Monasteria, & loca hujusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut suprà sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii Loci Visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subiecta esse intelligantur

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seù

seù desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur sub pœnâ privationis officii, vocisque activa, & passivæ, ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque Mense, idest feria Secunda post primam Dominicam Adventus, & Feria Sextà post Octavam Corporis Christi, præsentes ordinationes in publicà mensà perlegantur.

Omnibus, tàm Ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quàm Laicis, quocumque honore, & Potestate præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate pœnitùs interdictâ.

Non obstantibus, quoad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque Personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non mendicantium, militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tàm Sæcularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, etiam mari magno, seu Bullâ aureâ, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque effi-

efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio babenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sac. Congregatio Sanctitatis suæ Auctoritate specialiter, & expressè derogat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sac. Congregatio, ut præsentes Ordinationes in Valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ità arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Utque eorumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ die 21. Junii 1625.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Excitatis autem super præmissorum Decretorum intelligentiâ, seù interpretatione infrascriptis dubiis, prodierunt à memoratâ Congregatione, simili auctoritate illi à præfato Urbano Papa VIII. specialiter attributâ responsiones, seù declarationes inferius apponendæ.

Super primo Sac. Congregat. Decreto de Celebratione Mißarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid, si Legatum sit ità tenue, ut non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?

Secundò, supersecundo ejusdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa [præscriptæ fuerint] *intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab ordinario?*

Tertiò, an, cum Ordinarius præscripserit Eleemosynam congruam, juxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare

lebrare ratione beneficii, seù Capellæ, Legati, aut Salarii, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quintò, posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus animâ centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ?

Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seù orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) *intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?*

Septimò, super quarto ejusdem Congreg. Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certâ eleemosynâ, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retentâ, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam Eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

Octavò, an hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector

Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redditum Beneficii?

Nonò, an Sacerdotes, quibus, aliquandò offertur Eleemosyna major solitâ pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt; an verò satis sit, ut dent Celebrantibus eleemosynam consuetam?

Decimò, super quinto ejusdem Congregat. Decreto, quo inter cetera statuitur in hæc verba: Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ità demùm iidem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; aliòquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c.

Quæritur, an hoc Decretum prohibeat absolutè, quominus accipiant novas Eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt; & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Undecimò, quid, si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missas celebret, cum primum poterit?

Duodecimò, an pœna interdicti, & aliæ appositę in eodem decreto, afficiant tàm eos, qui accipiunt eleemosynas contrà formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimotertiò, an in hoc Decreto comprehendantur illæ Capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicun-

cuntur [caſſe de Morti] ?

Decimoquartò, an Adminiſtratores Eccleſiæ magnæ devotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas pro miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem ipſis, non niſi poſt longum tempus, ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & devotio, ac concurſus Fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimoquintò, quia probibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & piorum locorum, tàm Sacularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus ſit expreſſa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali, (& aliis ad quos pertinet) ſupplicatur pro opportunâ declaratione.

Decimoſextò, ſuper ſeptimo ejuſdem Sacra Congregationis Decreto, quo cavetur, ut in ſingulis Monaſteriis Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.

Quæritur, an, ubi hac præfixio facta jam fuit in vim ſimilis Decreti San. Mem. Pauli V. abſque tamen computatione redditunm cujuſque Religioſi, ſit denuò facienda, nec nè?

Decimoſeptimò, an Novitii ad habitum Regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſteriis, in quibus, habitâ, ut ſupra, præfixione numeri, commodè ali non poſſunt.

Decimoctavò, ſuper ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, niſi, præ-

 ter

ter alia ad id requisita, duodecim saltem Fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ità ut aliòquin subsint jurisdictioni Ordinarii.

Quaritur, an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Jesu.

Ultimò, an idem Decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italiâ dumtaxat, ad quam est restrictum Decretum proximè antecedens, an verò etiam extrà Italiam.

Declarationes, seu responsiones ad supradicta Dubia.

S*Acra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, auctoritate sibi à Sanctiss. D. N: attributâ ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet.*

Ad primum, etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut suprà impositi ab iis, ad quos pertinet Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ullâ impensâ id statuet, quod magis in Domino è re esse judicaverit. Verumtamen, si in ipsa Beneficii erectione expressè cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quàm Decreta hac de re edita non sustulerunt esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione factâ ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab

Ordi-

Ordinario : quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, Legati, aut Salarii, si eleemosynas pro aliis etiam ipsis celebrandis susceperint, non posse eâdem Missâ utrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad sextum, ità esse intelligenda.

Ad septimum respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac loca Pia, seù illorum administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam, portionem retineant, ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cùm Ecclesiæ, & Loca Pia alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantùm Missæ Sacrificio necessariò sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis, ut suprà, deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad octavum, non habere locum; sed satis esse,

ut

ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad nonum, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad decimum respondit, non prohibere absolutè; ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad undecimum, quamvis onera suscepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demùm celebrentur, cùm supsceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quominus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis, juxtà Benefactoris consensum celebrandis.

Ad duodecimum, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum, sine licentià Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut P. Generalis, vel Provincialis.

Ad decimumtertiùm comprehendi.

Ad decimumquartum, non posse, nisi de consensu eorum qui eleemosynas tribuunt, ut suprà, in responsione ad undecimum.

Ad decimumquintum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimumsextum, numeri præfixionem esse iterum faciendam, servatâ formâ ultimi Decreti hac de re editi.

Ad decimum septimum, esse admittendos ad Professionem, si aliàs habiles existant, ac deindè in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commodè ali possint.

Ad decimum octavum, censuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extrà Italiam.

Cosmus Card. de Torres

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Cum autem super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumque occasione quamplures querelæ, & recursus ad Apostolicam Sedem pervenerint; cupiens eadem Congregatio Cardinalium Conc. Trid. Interpretum, hujusmodi detestabiles abusus è Christiana Republica pro viribus evellere, ac opportunè providere, ut, sublatis fraudibus, ac emendatâ negligentiâ, piè disponentium, seù Benefactorum voluntati Fides illibata servetur, Defunctorum animabus integra, & prompta præstentur Suffragia, itidemque Deo major Gloria, & Ecclesiis præstantior Cultus reddatur; prævià auctoritate per SS. D. N. Innocentium Divina Providentia PP. XII. ei specialiter attributâ; infrascripta Decreta prius in particulari nonnullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem suam deputata, & posteà in generali hujusmodi Cardinalium Congregatione maturè, & accuratè discussa, recognita, & examinata edidit.

In primis præinserta Decreta, cum præmissis illorum declarationibus plenissimè, & amplissimè approbat,

bat, confirmat, & innovat, omniaque, & ſingula ibidem contenta, & expreſſa iterum omni meliori modo decernit, ſtatuit, ac ab omnibus, & ſingulis, etiàm ſpeciali, & individuali notâ, ſeù expreſſione dignis, penitus ſervari, & omnimodæ exequtioni demandari decernit, ſancit, & præcipit.

Inſuper, ut in re tanti momenti conſultius, ac majori, ut par eſt, circumſpectione procedatur; ſi qui forſan fuerint, vel ſint, qui ſuis pravis, & erroneis intentionibus, ſeù opinionibus blandiri volentes Miſſarum celebrationem omittunt, ſub malitioſa, vel irrationabili ſpe earumdem condonationem, vel reductionem à Sede Apoſtolica, vel compoſitionem à Reverendâ Fabricâ S. Petri de Urbe obtinendi, Congregatio præfata, tùm eoſdem, tùm quoſcumque alios, qui poſthàc in adeò deteſtabiles abuſus auſi fuerint offendere, certiores fieri, & monitos eſſe voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eâdem Sede non niſi ex rationabili cauſâ, ſeù æquâ commiſeratione; compoſitiones verò à Dictâ Fabricâ, utente ſuis facultatibus, & privilegiis, nonniſi ex cauſâ pariter rationabili, & cum clauſulis opportunis, præſertim cùm illa [dummodò malitioſè non omiſerint animo habendi compoſitionem, aliàs gratia nullo modo ſuffragetur] admitti conſueviße, & ſolere; quapropter, ut locus omnis inpoſterùm hiſce prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, ſeù ſpes, ac eleemoſynarum, ſive in toto, ſive in parte verſiones in alium, quam præfatarum Miſſarum uſum, ſeù ſatisfactionem, & quaſcumque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones,

nes, seù circumventiones declarat prorsus irrationabiles, iniustas, & illicitas, illasque omninò reprobat, damnat, & interdicit.

Cumque hujusmodi absurda ex eo plerumque proveniant, quod onera Missarum supra vires suscipiantur; caveant omnes, & singuli Rectores, Superiores, & Ministri quorumcumque, tùm Sacularium, tùm Regularium Ecclesiarum, seù illarum Capitula, ne onera, seu Missas, tùm perpetuas, tùm temporales, tùm etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant; utque id ipsum, quoad fieri potest, pateat, teneantur iidem conficere, semperque in loco magis patenti, & obvio retinere tabellam onerum perpetuorum, & temporalium, literis perspicuis, & intelligibilibus descriptorum, quorum implemento, si moraliter, & intra præscriptum, seu breve tempus satisfacere non posse, seu illa dumtaxàt, & non ulteriora adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas, sive perpetuas, sive temporales, sive manuales, per se, vel per interpositas personas quoquomodo recipere, seu acceptare omninò desistant, seu abstineant; & ulteriùs tali casu in eâdem tabellâ similiter exprimant sese prætereà aliis Missis acceptandis, & celebràndis impares esse.

Iidemque teneantur pariter in Sacrario duos libros retinere, ac in eorum altero singula onera perpetua, & temporalia, in altero autem Missas manuales, & tàm illorum, quàm istarum adimplementum, & eleemosynas distinctè, & diligenter annotare, & annotandas, seu annotanda curare, singulisque annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pa-

 riter

riter exactam rationem suis Superioribus reddere, ac omnes, & singulas rationes hujusmodi in præfatis respectivè Libris, simili distinctione, & diligentia, tàm præfati, à quibus rationes debent reddi, quàm superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu annotare, sivè describendas, vel annotandas respectivè curare.

Quibus semper salvis, debeant ulterius Regulares prædicti, omnes, & quascumque eleemosynas, tùm manualium, tum perpetuarum, & temporalium Missarum reponere in capsa particulari, sub duabus clavibus, quarum una penès Superiorem localem, altera verò penès alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem eleemosynis, & celebratione Missarum coràm Patribus discretis, seù consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus districtam rationem exigere, & respectivè reddere.

Quod si prædicti, ad quos cura tabellæ, capsæ, & Librorum præfatorum respectivè pertinet, seu pertinere debet, suam operam præmissis, ut præfertur, minimè navaverint, & Superiores, tùm Sæcularium, tùm Regularium Ecclesiarum rationem prædictam non exegerint, seu non invigilaverint, quod præfati, qui in curam tabellarum, & librorum incumbunt, suo muneri, ut præfertur, satisfaciant, in singulis respectivè casibus Sæculares pœnam suspensionis incurrant, Regulares verò voce activâ, & passivâ, ac gradibus, & officiis, quæ obtinent, ipso facto, & absque aliâ declaratione privati sint, & intelligantur, nec non ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur.

Porrò,

Porrò, ne ullo unquam tempore omnia, & singula Decreta prædicta in oblivionem, seu desuetudinem abeant; Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum Sæcularium illa retineant publicè exposita in eorum Sacrario; Superiores verò locales cujuscumque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur, sub pœnâ privationis officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrendâ, ut in perpetuum sexto quoque mense, idest Feriâ secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi, omnes, & singula præmiosa, tùm inserta, seu confirmata, tùm in præsens facta ordinationes, unà cum dictis declarationibus in publica Mensa perlegantur.

Meminerint igitur, & satagant Ordinarii, ut à Personis, & in Ecclesiis quoquomodo, etiam in vim Decretorum Conc. Tridentini sibi subiectis, Missæ ea, qua par est, fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula Decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedùm Justitiam recurrentibus, seu instantibus reddentes, sed ex officio, tùm in Visitationibus, tùm in aliis actibus, & modis, quos expedire, & convenire toties, quoties judicaverint, inquirentes, ne aliud committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis Decretis adversetur.

Caveant etiam respectivè Omnes Regulares, tùm Subditi, tùm Superiores quicumque, nedum Locales, sed etiam Provinciales, & Generales, nè Missarum celebratio, & omnium Decretorum præmissorum executio, cum pernicie propriarum animarum, cum præ-

 judi-

judicio illarum, quibus Missæ sunt applicandæ, & cum magno Christifidelium scandalo quoquomodo omittantur, differantur, negligantur, seu pervertantur; aliòquin ultrà propriæ Conscientiæ onerationem, pęnam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum. & Officiorum, quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda prorsus incurrant.

Curent propterea præfati Superiores Regulares, in omnes, & singulos contravenientes debitis pœnis diligenter, & promptè, etiam per Inquisitionem, animadvertere; & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores locales in Provincialibus Capitulis, seu Congregationibus exhibere attestationem, seu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu cujuscumque Domus Regularis subscriptam, & juratam, quòd omnibus, & singulis, tùm perpetuis, tùm manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, & tenorem præsentium Decretorum, tempore eorum regiminis fuerit omninò; & integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum distinctè referendarum intrà breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omninò adimplemenda conditione, quod ante præfatæ attestationis exhibitionem, quicumque Superiores Locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omninò habere non valeant.

Præterea Provinciales, Vicarii, & Visitatores Provinciarum, seu Congregationum debebunt in fine eorum Regiminis, Superioribus generalibus in forma probante osten-

ostendere, quod executioni præsentium Decretorum sedulò invigilaverint, & ad eorum tenorem, in omnibus, & singulis Conventibus, seù Monasteriis, vel Domibus Regularibus Provinciæ, seù Congregationis, de omnibus, & singulis oneribus, & obligationibus, ac insimul satisfactionibus Missarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contrà delinquentes ad Declarationem, & executionem respectivè pœnarum in Decretis contentarum processerint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectat, legitimè docuerint, aliàs ad vocem activam, & passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittantur.

Cæterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Capellas, Oratoria, & Ecclesias, ac alia loca, & opera pia quomodolibet nuncupata, quæ cuicumque curæ, seù regimini, aut administrationi, vel directioni Laicorum, cujuslibet gradus, status, conditionis, & praeminentiæ, etiam speciali, & individuali notà dignorum dumtaxàt, vel quorumcumque Ecclesiasticorum, & Laicorum hujusmodi mixtìm commendata, annexa, seu quomodocumque commissa, vel attributa sunt, onus, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perperpetuum pertinet; hinc salvis semper iis, quæ in præinsertis Decretis continentur, Omnes, & quicumque hujusmodi Archiconfraternitatum Societatum, Congregationum, Hospitalium, Altarium, Capellarum, Oratoriorum, & Ecclesiarum, ac aliorum locorum, & operum piorum Rectores, seu administratores, vel directores; & alii hujusmodi officiales, nec non ii, ad quos

cura tabella, & librorum in præmissis spectat, tabellam, libros, & hæc Decreta respectivè, juxtà modos superius expressos, similiter retinere, nec non de oneribus, ac celebrationibus, & eleemosynis dictarum Missarum singulis annis rationem exigere, & respectivè iis, ad quos pertinet, reddere, sub pœnis arbitrio, & in subsidium excommunicationis teneantur.

Postremò omnibus, & quibuscumque, tàm Ecclesiasticis Personis, cujuscumque Ordinis, status, gradus, Regulæ, congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis existant, quàm Laicis quocumque honore, ac potestate præditis, omnia, & singula præmissa Decreta interpretandi, nec non Ecclesiasticis prædictis pœnas in hujusmodi Decretis relaxandi, seù quoquomodo circa præmissa dispensandi, omnis, & quæcumque facultas sit penitus interdicta.

Non obstantibus, quoad supradicta omnia, & singula in hujusmodi Decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque ordinum, tàm mendicantium, quàm non mendicantium; Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius instituti, etiam necessariò, & individuò exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum & aliorum quorumcumque, tàm Sæcularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea,

aureâ, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, atque quibusvis, etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolica Potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extentionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seù quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 23. Nov. 1697.

Joseph Card. Sacripantes Præfectus

Ferdinandus Nuntius Sac. Congr. Secr.

Quocirca, cum Dilectus Filius noster Joseph Tituli S. Mariæ Transpontinæ S. R. E. Præsbiter Cardinalis Sacripanta, memoratæ Congregationis Præfectus, præfata Decreta Nobis retulerit, Nos, considerantes eadem omnia, & singula Decreta, ea qua decet, maturitate digesta, & examinata, ac in vim Apostolicæ Auctoritatis eidem Congregationi specialiter, ut præfertur, attributæ, peracta perutilia

lia fore censentes, illaque propterea perpetuò, & inviolabiliter observari, nec non Constitutionis Nostra munimine roborare volentes, motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione, deque Apostolica potestatis plenitudine prainserta Decreta, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium, auctoritate Apostolicâ confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolica firmitatis robur, & efficaciam adiicimus; quinimò motu, scientiâ, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula in supradictis Decretis contenta de novo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque, etiam speciali, & individuâ notâ dignis, omninò exactè, & perpetuò servari volumus, sancimus, & mandamus.

Decernentes præsentes literas, cum omnibus, & singulis inibi contentis, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia, plenissimè, & inviolabiliter observari, sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinatios, & Delegatos quavis auctoritate, praeminentiâ, aut potestate fungentes, & functuros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiàm de Latere Legatos, & Sedis Apostolica Nuntios, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & defi-

definiri debere; ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam, quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ præfata Congregatio, auctoritate per ejusdem record. Urbanum Papam VIII. & respectivè per Nos illi specialiter attributâ, decrevit non obstare, quæ pariter, & iterum Nos tenore præsentium non obstare decernimus, & mandamus, quibus, omnibus quoàd ea, quæ præsentibus observantur, illis aliàs in suo robore permansuris, etiam harum serie plenissimè, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præsentes Literæ in Valuis Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & assignentur, sicque publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde itù arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Pariterque, ut earumdem præsentium transumptis, impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc Nostram confirmationis, approbationis, Statuti, Decretorum, Ordinationis, voluntatis, Sanctionis, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu te-

 mera-

merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo. Decimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno septimo.

B. Card. Prodatar.

J. F. Card. Albanus.

visa de Curiâ I. Ciampinus.

I. Catallus.

Declaratio Sacræ Congregationis super Eleemosynâ Missarum.

CUm Auctores nonnulli scriptis suis Typis editis asserverint, Sacerdoti pro alio Missam receptâ Eleemosynâ celebranti, licitum esse aliam Eleemosynam accipere ab altero, cui partem illam fructus, seù valoris ejusdem Sacrificii ipsimet celebranti debitam [specialem nuncupatam] applicet, ac proindè hunc casum sub Decreto Sac. Congregationis Concilii prohibente duplex pro unicâ Missâ stipendum, seù Eleemosynam recipi, non esse comprehensum.

Propterea Sac. Congregatio &c. sub die 25. Januarii 1659. censuit, nulli Sacerdoti licitum esse præfatâ ratione, sivè prætextu aliam Eleemosynam accipere, præter illam, quam accipit ab eo, pro quo Missam offerre tenetur. Ac proinde casum hunc esse comprehensum in Decretis, alias per eamdem Sac. Congr. Conc. editis, quibus prohibetur, ne duplex stipendium pro unicâ Missâ recipiatur. Alia

Alia declaratio Sacræ Congregationis super Taxâ Eleemosynæ.

Q*Uæsitum fuit die 16. Julii 1689. in Causâ S. Severini; An Episcopus statuere possit eleemosynam manualem unius integri julii pro quâlibet Missâ, imponendo pœnam celebrantibus pro minori quantitate? Sac. Congr. Concil. respondit affirmativè quoad taxationem Eleemosynæ, & in reliquis negativè.*

Decretum Sac. Congr. Concilii de diebus licitæ Vacationis à celebratione Missæ.

M*Odernus Episcopus Collensis, Diæcesim visitando comperit, non sine maximo Conscientiarum periculo, plures irrepsisse abusus in adimplendo mentem eorum, qui Missas celebrari mandarunt. Ad eos ergo tollendos discutiendum, atque resolvendum videtur.*

1. *An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capellaniæ, Legati, aut stipendii celebrare quotidiè Missam per se ipsos, possint aliquando à Celebratione vacare? & quatenus affirmativè.*

2. *Quando, & quoties à dictâ celebratione vacarè possint?*

3. *An diebus licitæ vacationis, possint Missam pro se ipsis, vel aliis, præterquam pro Fundatoribus, celebrare? Et quatenus affirmativè.*

4. *An pro aliis celebrando, possint stipendium pro hujusmodi celebratione percipere?*

5. *An illis diebus, quibus licitè vacant à Celebratione, teneantur Missam ab aliis celebrari facere, jux-*

xtà intentionem Fundatorum?

6. An Sacerdotes, ut suprà, obligati celebrare Missam quotidiè, absque tamen onere celebrandi per se ipsos, possint aliquando à Celebratione vacare?

Die 18. Septembris 1683. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum, ad primum, & secundum respondit affirmativè, concurrente aliquâ rationabili causâ.

Ad 3. & 4. & 6. negativè. Ad 5. distulit resolutionem.

Ità reperitur in Regest. autographo Decretorum ejusdem Sac. Congr. lib. 33. fol. 311. In fidem &c. Hac die 30. Maii 1699.

F. Nuptius S. Congr. Conc. Secretarius.

Decretum Sac. Rituum Congreg. super tribus Missis, ac Communione in Nocte Nativitatis Domini.

Cum Superioribus diebus consultâ hac Sacrâ Rituum Congregatione; an esset permittendum celebrari in mediâ nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam successivè alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exibere Fidelibus illam deposcentibus, & respondeo non esst permittendum, sed omnibus utrumque probibendum. Nibilominus nonnulli Regulares asserentes boc licere, supplicarunt audiri, & Sac. Congregatio ipsis auditis, cum Procuratoribus, & Advocatis, ad relationem Eminentissimi Pallotti stetit in Decretis, & respondit: iterùm probibendum tàm Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in

in mediâ nocte ad Ecclesiam, & Communionem deposcentibus. Die 7. Decembris 1641.

Quæ etiam iterùm prohibita fuerunt ab eâdem Sac. Congregatione Clericorum Regularium Die 20. April. 1664.

Constit. 176. Alex. VII. de non celebrandis Missis de Req. in duplicibus, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictis.

CRedita nobis cœlitus dispensationis officium salubriter exequi, adiuvante Domino, jugiter satagentes, quamplurima dubia in diversis Mundi partibus orta, & in Congregatione Venera. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum deducta, occasione decreti ejusdem Congregationis die 5. Augusti 1662. editi, ac à Nobis approbati, de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, tollere, atque dirimere cupientes.

§. 1. *De memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus in primis aliud Decretum prædictæ Congregationis, editum in unâ Novarien. die 22. 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentis, non comprehendi in dicto Decreto.*

§. 2. *Ulterius quoad Altaria perpetuò privilegiata, & in quibus proindè quotidiè, etiam in Duplicibus, celebrandæ sint Missæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore prædictis declaramus, per Celebra-*

brationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eisdem Indulgentiis, perindè, ac si essent celebratæ Missæ de Requiem ad formam Privilegiorum: salvâ tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis.

§. 3. *Decernentes easdem præsentes literas &c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1667. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

Constitutio 39. Clementis IX. Extentio declarationis ab Alex. VII. circa Altaria privilegiata perpetua editæ ad Altaria ejusmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdommadæ diebus decorata.

CUm fel. record. Alexander Papa VII. Prædecessor Noster dubia in diversis Mundi partibus, occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, aliud ejusdem Congregationis Decretum in unâ Novariensi die 22. Novembris 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & Missas Defunctorum, cantu ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in Festum ritus duplicis Majoris incideret, non comprehendi in primo dicto Decreto.

§. 1. *At ulterius quoad Altaria privilegio Apo-*

sto-

ſtolico pro Animabus Fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proindè quotidiè, etiam in Feſtis ritus duplicis, celebrandæ eſſent Miſſæ Defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Miſſarum de Feſto currenti ſatisfieri iniunctis obligationibus, & Indulgentias per ejuſmodi Privilegia Apoſtolica conceſſas, Animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari, perindè ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum, ad formam dictorum Privilegiorum, & aliàs, prout in ejuſdem Alexandri Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili formâ Brevis die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, ulterius continetur.

§. 2. Cumque, [ſicut ad aures Noſtras pervenit] etiam dubitetur, utrum dictarum literarum diſpoſitio, quoad Altaria pariter quidem Privilegiata, ſed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdommadæ diebus, & ad quæ Miſſæ, non ex obligatione, ſed ex ſolâ Fidelium devotione celebrantur, locum habeat.

§. 3. Hinc eſt, quod Nos, dubitationes hujuſmodi ex iniunctæ Nobis cælitus Paſtoralis ſolicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum, qui rem maturè perpenderunt, conſilio, declarationem à memorato Alexandro Prædeceſſore, ſicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, ſed ad ſeptennium, ſeù aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdommadæ diebus, nunc, & in futurum quandocumque pri-

privilegiata, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium extendimus. Et proindè, ut Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex solâ Fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, ita ut Animæ Christifidelium, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus, & per omnia, perindè ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§. 4. *Decernentes pariter easdem præsentes literas, &c.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die 23. Septem. 1667. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Constitutio Innocentii PP. XI. quâ confirmantur, & declarantur prædictæ Constitutiones.

Aliàs postquam fel. rec. Alexander PP. VII. Prædecessor Noster, per quasdam suas in simili formâ Brevis die 22. Januarii 1667. expeditas literas, dubia in diversis Mundi partibus, occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1672. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cetera, quoad Altaria Privilegio Apostolico pro Animabus Fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proin-

proinde quotidiè, etiam in Festis ritus duplicis, celebranda fuissent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Mißarum de Festo currenti satisfieri iniunctis obligationibus, & Indulgentias, per hujusmodi privilegia Apostolica concessas, Animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum, ad formam dictorum Privilegiorum: rec. mem. Clemens Papa IX. pariter Prædecessor Noster aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris literarum dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdommadæ diebus, & ad quæ Mißæ, non ex obligatione, sed ex solâ Fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similiter tollere desiderans, declarationem à Memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seù aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdommadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolicâ extendit, & proinde, ut Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non poßent, sivè ex obligatione, sivè ex solâ Fidelium devotione celebrandæ essent, suffragarentur, itàut Animæ Christifidelium, pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, eâdem auctoritate concessit, & indulsit, & aliàs

proùt in ipsius Clementis Prædecessoris literis etiam in formâ Brevis die 23. Septembris 1669. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris literarum tenores præsentibus pro plenè; & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, ulteriùs continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, & infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque Anni diebus, quibus, licèt à Festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ Defunctorum, juxtà ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servatâ ceteròquin dictorum privilegiorum formâ, ad Altaria privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus Præpositorum examinandum commiserimus, ac ead. Card. Congr. re maturè discussâ, nuper per suum Decretum die 3. Aprilis proximè præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxtà Rubricas, Missæ Defunctorum celebrari non possunt; responderit. Hinc est, quod Nos, ex commissæ Nobis cælitus dispensationis munere, Fidelium Defunctorum Animarum in Purgatorio existentium suffragiis peramplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi à memoratâ Card. Congr. editum, ut præfertur Apostolicâ auctoritate tenore

præ-

præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate suprad. Congr. Card. Decernentes &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die quartâ Maij, Millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Lettera Circolare di Monsignor Nunzio di Firenze scritta a' Vescovi della Toscana, in cui si ordina d' invigilare circa i Sacerdoti Forastieri.

Illustrissimi, e Reverendissimi Signori, miei Signori Osservandissimi.

L*A Santità di Nostro Signore, mossa da sommo zelo della sua paterna sollecitudine, per evitare l'enorme Sacrilegio, che con grave orrore dell'animo suo, ha appreso commettersi da persone per lo più sconosciute, e forastiere, le quali quantunque non siano promosse al Sacerdozio, ardiscono di celebrare la Santa Messa per le Città, e Luoghi d' Italia senza le dimissorie de' proprj ordinari, e respettivamente quanto à Religiosi, senza le Obbedienze, e Lettere Testimoniali de' loro Superiori Regolari, e se talora le hanno, o sono false, o falsificate, si è degnata benignamente di comandarmi, per mezzo della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, lo scrivere a tutti gli Arcivescovi, Vescovi, e altri Ordinarj sogget-*

getti a questa Nunziatura, affinchè diano ordine preciso a' loro Vicari Generali, e a' Vicari Foranei, di proibire sotto gravi pene, anche corporali, agli Arcipreti, Piovani, Curati, Sagrestani, e altre Persone deputate al servizio delle Chiese, anche de' Monasteri di Monache soggetti a loro, il lasciar celebrare Persone estere non conosciute ancorchè Regolari, nelle Chiese sottoposte al loro Governo, se non presenteranno le Lettere Testimoniali de' proprj Ordinarj, e Superiori respettivamente immuni da ogni sospetto d'esser false, in maniera che si possa sapere di certo essere Sacerdoti, e senza canonico impedimento. Non intendendo la Santità Sua, quanto agli Oltramontani colle dette pene recedere dalle altre contenute nella Costitutione 28. della S. M. d'Urbano VIII., che comincia Secretis, *nelle quali si ordina, che le Dimissorie degl' Ordinarj Oltramontani debbano esser riconosciute, e sottoscritte da' Nunzi della Sede Apostolica commoranti in quelle parti, che perciò doverà rigorosamente osservarsi. Adempisco pertanto a' Sovrani cenni di Sua Beatidudine, coll' avvanzare la notizia alle Signorie loro Illustrissime, acciò si compiaccino dare pronta esecuzione col loro solito zelo, e attenzione a quanto di sopra fu espresso, e raffermandogli la mia osservanza, unita al desiderio de' loro stimati comandamenti gli bacio per fine devotamente le mani.*

Delle Signorie loro Illustrissime

Firenze 2. Novembre 1709.

Devotiss. Serv. vero
Girolamo Arcivescovo di Nicomedia.

CAP.

CAP. X.

De Sacramento Pænitentiæ.

EDictum primâ ſub die Menſis Aprilis 1723. à Nobis emanatum inprimis confirmamus, cujus tenor eſt infracriptus.

D. Euſebius Ciani Patritius Senen. Dei, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Maſſæ, & Populonii Univerſis, & ſingulis Sacerdotibus Civitatis, & Diœceſis noſtræ Maſſanæ Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis qualiter Nos juſtis, & rationabilibus de cauſis facultates, ſeù indulta audiendi Sacramentales Confeſſiones à Nobis hucuſque conceſſas revocamus, & penitus annullamus, & irritas eſſe volumus, decernimus, & declaramus. Quare tenore hujus præſentis Edicti præcipimus, & mandamus, ut nullus Clericus Sæcularis, ſive Regularis cujuſcumque gradus, & conditionis, audeat inpoſterum, dictas Sacramentales Confeſſiones audire, niſi coràm nobis ſe præſentaverit pro novâ licentiâ obtinendâ. Quæ revocatio licentiarum, ut ſuprà Decreta, Clericis tàm Sæcularibus, quàm Regularibus revocata, cenſeatur irrita, & penitus annullata ſtatim à Die habitæ notitiæ hujus Noſtri Edicti, ſub pœnâ Excommunicationis latæ ſententiæ.

Excipimus tamen ab hoc Decreto Clericos omnes, qui Parocchiales Eccleſias obtinent, ſeù ſunt Æconomi, vel Vicarii ad tempus earumdem. Inſuper præcipi-

pi-

pimus, & mandamus, ut qui sunt approbati, & in posterum approbandi erunt ad audiendas dictas Confessiones pro unâ Parochiâ, ii nullo modo in aliâ dictas Sacramentales Confessiones audire possint, sub pœnâ Suspensionis ipso facto incurrendâ, exceptis tamen Curatis, seù aliis approbatis, vel approbandis ad audiendas Confessiones, qui omnes ubilibet constituti inter se confiteri possint, & valeant. In quorum &c. Datum Massæ ex Nostro Episcopali Palatio hàc die primâ Mensis Aprilis 1723.

Nullus omninò Sacerdos, nisi ex Parochialis Ecclesiæ regimine, vel ordinariâ potiatur jurisdictione, vel à Nobis, aut Vicario Nostro Generali delegatam, & quidem nec revocatam, nec præfiniti temporis lapsu resolutam obtinuerit, quempiam Sacramentaliter absolvere pœnitentem, præterquam in mortis articulo, sub excommunicationis pœnâ ipso facto incurrendâ, præsumat.

Omnes indistinctè in totâ Diæcesi Parochi, Cathedrali exceptâ Ecclesiâ, Fidelium Confessiones, de Parochorum tamen localium consensu, excipere possint. Ceteri verò approbati, & in posterum approbandi, si fuerint Regulares, in eorum dumtaxàt Sacramentum Ecclesiis Pænitentiæ poterunt ministrare; Si autem Sæculares, in districtu tantùm, ubi morantur Parochiæ, Confessarii ministerium valeant exercere.

Cum Judicis Majestatem in tàm venerabili Pœnitentiæ administrando Sacramento Confessarii præseferant; idcircò volumus, ut aliquibus prudenter exceptis Casibus, non nisi intrà Ecclesiam, & hic

in

in Confessionali dumtaxàt Sede pœnitens à Confessario ligneis interpositis tabulis distinguente, & stanneis, vel ferreis quibusdam laminis, quæ spissis, minutulisque foraminibus terebratæ existant, secretò voces colloquentium excipiente, superpelliceo, & Stolâ induti violaceâ, bireto capite tecto Sacerdotali, Sacramentale Jus dicant; *justà Congr. Episcoporum Decretum Anno* 1594. 10. *Jan. in lucem editum sic jacentem: Potest fieri Decretum, ut Confessarii Sæculares adhibeant Cottam, & Stolam, Regulares verò saltem Stolam*. Qui secùs fecerint, sciant se illicò ab hujus Sacramenti administratione esse suspensos; majorique etiam pœnâ puniendos illos Rectores decernimus, qui suis in Ecclesiis extrà Sedem suprà descriptam Confessionalem, Sacramenti pænitentiæ administrationem permiserint.

Nullus Masculus, (Sacerdotibus exceptis) & multò minus Fœmina in hujus ministerio Sacramenti, & extrà necessitatem facie ad faciem audiatur; hinc si aliquis hoc attentare Confessarium præsumpserit, fæminas cujuscumque, vel generis, vel ætatis facie ad faciem audiendo, ab hujusmodi statim munere suspensus remaneat; mulieres autem tecto capite, & ubi id fieri non posset, vultu saltem demisso, & summâ compositas modestiâ audiant, viros quoque nisi habitu modesto, & decenti, quolibet armorum genere deposito, recipiant; pœnæ pariter Suspensionis subiaceant, qui vel ante Solis Ortum, vel post ipsius occasum ad Confessionis Mulieres in Templis admittunt. Nullus prætereà in pri-

privatis audire Domibus, sub suspensionis pœnâ, Sacramentales audeat Confessiones auscultare, quâ etiàm Regulares Lege comprehenduntur, ut in Clementis X. constitutionis Declaratione in hujus Capituli Calce apponendœ, elucidatur.

Tàm Sæcularibus, quàm Regularibus Confessariis districtè præcipimus, ut cum intrà alienæ Parochiæ fines alicujus graviter decumbentis audierint Confessionem, illicò, vel oretenus, vel per schedulam certiorem ægrotantis Parochum reddant, & omni quâ possumus auctoritate jubemus.

Facultatem à Nobis limitatè Confessiones audiendi concessam, nolumus à Parochis pro eorum ovibus, sub pœnâ ejusdem interdictæ facultatis, ac ipso facto revocatæ, quoad locum, & quoad personas, posse dilatari, cum hanc ad Vicarios nostros ampliationem spectare velimus. Limitatam tamen ad certum locum hujusmodi habentibus facultatem audire etiam eorum extrà locum Confessiones Infirmorum, qui sani soliti erant eorum Ministerio in Confessionibus uti, permittimus.

Ne ad hoc administrandum Sacramentum, inani caveant gloriâ Confessarii, curiositate, aut avaritiâ, moveantur, nec pecuniarias potissimum pęnitentias, nec Missarum celebrationem, nec sibi, nec suis Ecclesiis curent tribuendas, sub pęnâ ipso facto suspensionis incurrendâ; hilari quinimò vultu, & absque Personarum exceptione Pœnitentes omnes admittant, debitâ servatâ nihilominus gravitate, & modestiâ, ne pueros, puellas, rudesque de iis, quæ ignorant, personas, instruant impruden-

denter interrogando attentâ circumſpectione percurrant. Si grave fortè ſcelus, aut enorme audierint piaculum, nullum abominationis ſignum oſtendant, aut denegatæ abſolutionis prodant indicium; Dum rudium, & puerorum audiunt Confeſſiones, de principalioribus Fidei Myſteriis, tempore præcipuè Paſchali, eos interrogent, ac in iiſdem inſtruant Myſteriis antequam abſolvant. Cæterum nec pueri, nec puellæ, ad hoc primâ vice Sacramentum admittantur, niſi prius de validitate, & requiſitis illius inſtructi, nec Dominicam Orationem, Angelicam Salutationem, Fidei Symbolum, Dei, & Eccleſiæ præcepta, ſeptemque tandem mortalia peccata ignorantes.

Ut benè tandem ſuum Confeſſarii peragant Officium, ſe Judicis, Medici, ac Doctoris munus, miniſterio hoc exercere meminerint; quantum in Domino idcircò poſſumus monemus, & obſecramus, ut eâ ſcientiâ, pietate, zelo, ac virtutibus ornare ſe contendant, quibus talis, ac tanti diſpenſatores Sacramenti decet pollere, ne cæci cæcos ducant, & ambo in foveam cadant. Quod ut facilius aſſequantur, ſpiritualia eos quotannis exercitia iterari vehementer hortamur, juxtà Clementis XI. Literas in calce Capituli de Parochis apponendas. Studeant prætereà, & Claſſicos Morales Doctores ſeriò pervolvant, & ſub pœnâ, & aliis, ut ſuo loco ab audiendis Confeſſionibus Suſpenſionis, indiſpenſabiliter ad caſuum Conſcientiæ Conferentias, ſuo de quibus agemus loco, ſemper interſint. Perlegant ſæpè ſæpius, & quæ à Summis Sancita

ſunt Pontificibus impleant circa ſolicitantes, quæ hàc inferius de causâ tranſcribentur. Ferè memoriter Propoſitiones ab Eccleſia proſcriptas, nec non Bullam Cænæ, cum aliis quinque Papæ reſervatis Caſibus, & Cathalogum apprimè à Nobis reſervatorum addiſcant. Cæterum qualis eſſe Confeſſarius debeat, ex infra ponenda circulari Congregationis Epiſtolâ Sancti Officii, clarius patebit, ubi Sancti Pii V. pariter Conſtitutio apponetur, cum Congregationis de Innocentii XI. Mandato Epiſtolâ emanatâ, circà præfatæ Bullæ obſervantiam, quas legere Parochus bis debet in Anno ad Populum, ut clarius in capite de Parochis determinabitur.

Conſtitutio Gregorii PP. XV. in quâ confirmatur, & ampliatur Conſtitutio Pii PP. IV. contrà ad turpia ſolicitantes in Confeſſionibus Sacramentalibus.

UNiverſi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cœleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conſervetur immunis, multoque majori Studio providere, ut omnis peſtis ab iis avertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne, quod Evangelica ſcripta nos admonent, ſale infatuato, non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit ultrà, niſi mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Quoniam autem à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis proviſum fuit, ut im-

impium, ac nefarium scelus, quod non solùm inter Christifideles non esse, sed nec etiàm nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos, ad Sacras audiendas Confessiones deputatus, sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, solicitando pœnitentes ad turpia, abutatur; ac pro medicinâ venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex cælesti Medico infernalis veneficus, ex Patre Spirituali proditor execrabilis Animarum reddatur; Idcircò Nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidiis arcendis in certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus.

Aliàs siquidem à fel. rec. Pio Papa IV. Prædecessore Nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Pius Papa IV. Ven. Fratri Archiepiscopo Hispalensi, in Regnis Hispaniarum hæreticæ pravitatis Inquisitori Generali, &c. Cum, sicut nuper, non sine animi nostri molestiâ accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, sive eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis Confessionibus Pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confessiones abutantur, nec illi, &, qui id instituit, Domino Deo, & Salvatori nostro Jesu Christo iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt Confessiones, alliciendo, & provocando, seù allicere, & provocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori nostro reconciliationis, graviori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diabo-

 li

li tradendo, in Divinæ Majestatis offensam, & Animarum perniciem, & Christifidelium Scandalum non modicum; Nos, in animum inducere nequeuntes, quòd, qui de Fide Catholicâ rectè sensiunt, Sacramentis in Ecclesiâ Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cujus eximiâ pietate, virtute, atque doctrinâ plurimum in Domino confidimus, per presentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seù alios à te deputandum, seù deputandos, contrà omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, & Diæcesum. de præmissis quomodolibet diffamatos, tàm Sæculares, quàm quorumvis etiam Exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares, cujuscumque Dignitatis, gradus, status, ordinis, conditionis, & praeminentiæ existant, tàm super præmissis, quàm super Fide Catholicâ, & quid de eâ sentiant, diligenter inquiras, & juxtà facultatum tibi contrà Hæreticos, aut de hæresi quovis modo suspectos à Sede Apostolicâ concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, juxtà excessuum suorum qualitates, prout juris fuerit, punias, eos etiam, si, & prout de jure fuerit faciendum, debitâ præcedente degradatione, sęcularis Judicis arbitrio puniendos tradas. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, nec non ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac

ac cum quibusvis clausulis, & Decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, earum tenores præsentibus pro expressis habentes, hâc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1561. Pontificatus nostri Anno secundo. Igitur, ut literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & ubique locorum inviolabiliter observentur, motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione Nostrâ, ac de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium contrà hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, præinsertas literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: illasque non solùm in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & Mandamus.

Ac præterea, ne in futurum de pęnâ his delinquentibus imponendâ, & de modo contrà eosdem procedendi ab ullo dubitari possit, decernimus, statuimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tàm Sæculares, quàm quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares cujuscumque dignitatis, & praeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum

cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seù occasione, vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsâ Confessione non secutâ, sive extrà occasionem Confessionis, in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seù ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissimè, ut infrà puniantur. Et prætereà omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & Locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & Locorum universi orbis Christiani, in suis quemque Diœcesibus, & Territoriis per has Nostras literas, etiam privativè quoad omnes alios, specialiter, ac perpetuò Judices delegamus, ut super his contrà prædictos, simul, vel separatim, in omnibus prout in causis Fidei, juxtà Sacrorum Canonum Formam, nec non Officii Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, privilegia, consuetudines, & Decreta, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis, ab executione ordinis, privationis Beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ, & passivæ, si Regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceris, etiam in perpetuum, absque ullâ spe gratiæ, aliasque pœnas decernant. Eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pœnas merue-

ruerint, debitâ praecedente degradatione, Curiæ Saeculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tàm enorme, & Ecclesiæ Dei tàm perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, Testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, & Curiæ sæculari, ut præfertur, Reum tradendum esse pronunciandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque, mandantes omnibus Confessariis, ut suos Pœnitentes, quos noverint, fuisse ab aliis, ut supra, solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes; seù, ut præfertur, tractantes Inquisitoribus, seù Locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc officium prætermiserint, vel Pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seù tractantes, ut supra, iidem Locorum Ordinarii, & Inquisitores, illos pro modo culpæ punire non negligant.

Volumus autem, ut præsentium transumptis &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

S. Card. S. Susanna.

Lettera della Sacra Congregazione del Sant' Uffizio sopra la Bolla di Gregorio XV. contra Solicitantes.

REv. P. dopo essersi avuta lunga, e matura considerazione sopra il dubbio significato da diverse bande, se i Penitenti siano obbligati a denunziare i Confessori, da' quali sono stati sollecitati nel luogo, e atto della Confessione, quando hanno acconsentito alla sollecitazione. N. S. e questi miei Signori Eminentissimi, in Congregazione tenuta avanti Sua Santità a 25. di Luglio passato, dopo avere anco inteso il parere d'una particolare Congregazione deputata a questo effetto, hanno risoluto, che qualsivoglia penitente è tenuto a denunziare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, e atto della Confessione, ancorchè gli abbia consentito, e non è tenuto a propalare il proprio consenso, ne sopra ciò s' interroghi dal Vescovo, o dall' Inquisitore, o da loro Vicari, avanti i quali deporrà; ne meno il Confessore denunziato, procedendosi poi contro di lui ne costituti, che se gli faranno, s'interroghi sopra detto consenso, ed in caso, che egli volesse dirlo da se, non si scriva il suo detto, come cosa, in ordine alla Persona sollecitata, non spettante al Sant' Ufficzio della Santa Inquisizione. Le parti dunque di V. R. sono di significare a Confessori detta risoluzione, e d' incaricarglene strettamente l' osservanza, acciò ne casi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Costituzione pubblicata, da Gregorio XV. di San. mem. contro i Confessori sollecitanti, significhino à Peniten-

ti

ti l' obbligo, che anno di denunciare i Confeſſori, da' quali ſaranno ſtati ſollecitati, ed avendogli conſentito, e facendo difficoltà di ſcoprire il proprio conſenſo, conforme alla riſoluzione, che ſi è fatta, gli dichino apertamente, che non ſono tenuti a propalare detto conſenſo, e che tanto i Penitenti, quanto i Confeſſori ſollecitanti, procedendoſi contro di loro, non ſaranno di ciò interrogati, e dicendolo da ſe, non ſi ſcriverà, ne riceverà il detto loro. E quando il Penitente perſiſteſſe tuttavia nella medeſima renitenza, N. S. ſi contenta, che dal Veſcovo, ò dall' Inquiſitore ſi dia autorità al Confeſſore di ricevere per iſcrittura, e con giuramento la denunzia, per portarla a chi gli averà data autorità di pigliarla. E ſe, oltre le coſe, occorrerà altro caſo grave, per il quale il Penitente non ſi poſſa indurre, Sua Santità vuole, che ſe ne ſcriva quà, e ſi aſpetti la riſpoſta, e intanto non ſi proceda all' aſſoluzione. E tanto V. R. ſi contenterà di fare oſſervare nella ſua Giuriſdizione, facendo regiſtrare la preſente negl' Atti di coteſto Sant' Uffizio, per informazione ſua, e de ſuoi Succeſſori, quali averanno mira, che la preſente riſoluzione riſguarda ſolo a quei Penitenti, che per avere conſentito, fanno difficoltà in denunziare; ma a quei, che non anno conſentito, o avendo conſentito, non ſono in ciò renitenti, il Confeſſore non deve porre difficoltà alcuna, ma laſciare, che indifferentemente, o liberamente ſoddisfaccino all' obbligo, che anno di denunziare, conforme alla coſtituzione. E il Signore Iddio la conſervi.

Di Roma li 27. Settembre 1624.

Di V. R. *come Fratello*

Il Cardinal Mellino.

Altra Lettera sopra l'istessa Bolla.

IL delitto di sollecitare in Confessione Sacramentale, oggidì per umana fragilità pur troppo frequente, rimane il più delle volte senza gastigo, per non averne il Foro esteriore notizia, e prova sufficiente, che sebbene la S. Mem. di Gregorio XV. nella sua Bolla contrà Solicitantes, *all'uno, e all' altro provvedde, imponendo a' Confessori, che avvertissero i Penitenti dell' obbligo di denunziar quelli, da quali fossero stati sollecitati, rimettendo al giudizio di questa Sacra, e Suprema Congregazione l'arbitrio delle pene, ad ogni modo l'ignoranza, e malizia di molti Confessori, non solo lascia d' insinuare a Penitenti, che denunzino, ma bene spesso persuade loro il contrario, e gli dà a credere non esser tenuti a farlo, restando in tal guisa un Sacrilegio per altra via, che de' Penitenti, impenetrabile, e del tutto occulto, ed impunito.*

A sì grave inconveniente volendo N. S. per il suo Santo zelo provvedere, ha risoluto, col parere di questi Signori miei Illustrissimi, che nell' avvenire a ciascun Sacerdote Regolare, o Secolare che sia, quando verrà dall' Ordinario, per essere approvato alle Confessioni, nell' atto stesso d' approvarlo gli legga, ed intimi la Bolla suddetta di Papa Gregorio, e particolarmente l' ultimo paragrafo di essa: Mandantes omnibus Confessariis, &c. *acciò nel medesimo tempo intendano i Confessori la gravità delle pene proposte a tanto eccesso, e sappiano, che non esortando, come devono, i Penitenti sollecitati a denunziare, o insegnando loro non esser*

esser trovati, avranno da esser gastigati dagl'Ordinarij, o dagl'Inquisitori. Ma per conto de' Confessori già esposti, si rimette all'arbitrio di VS. il modo di fare avvertito ogni, e qualunque Confessore, acciò non possa alcuno pretendere ignoranza. Ed il Signore Iddio la prosperi sempre, e conservi.

Di Roma li 3. Ottobre 1626.

Affezionatiss. per servirla

Il Cardinal Mellino.

Decreta Sac. Congregationis Episcop., & Regular. contrà absoluentes à casibus Episcopo reseruatis.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, iustis, & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. Clementis Papæ VIII. speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus per universam Italiam extrà Urbem degentibus, ad Confessiones audiendas probatis quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quarumcumque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum, sub prætextu priuilegiorum, Indultorum, aut facultatum, generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolicâ, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, aut Archiconfraternitatibus Sæcularium, aut singularibus Personis, seù aliàs

aliàs quomodocumque, sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiàm derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principium instantiam conceßarum, seù confirmatarum, alicui cujusvis status, gradus, conditionis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex casibus clarè, vel dubiè in Bullâ die Cœnæ Domini legi solitâ contentis, vel aliàs quomodocumque Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per Sanctitatem Suam, ejusque Successores pro tempore in eâdem Bullâ, vel aliter reservandis, nec etiam à Casibus, quos Ordinarii Locorum hactenus reservarunt, vel inposterum sibi reservabunt, ullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seù cum novâ, vel speciali Sanctitatis Suæ, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantùm reservatos respectivè impetratâ in scriptis licentiâ Ordinariis Locorum exhibendâ, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat: sed, cùm opus fuerit, Pœnitentes, ad Superiores, legitimosque Judices suos accedere consulat, sub pœnâ contrafacientibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, Excommunicationis, privationis Officiorum, & Dignitatum, aut Beneficiorum, inhabilitatis item audiendi Confessiones, & ad quæcumque Officia, Prælaturas, Beneficia inposterum obtinenda, ipso facto absque ullâ aliâ declaratione incurrendâ: super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impertiri; Sanctitas enim Sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas, in hâc parte uti cassas, & ir-

irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscumque.

Præterea noverint Pœnitentes absolutionem, si quam obtinebunt contrà hujusmodi prohibitionem, esse nullius roboris, vel momenti.

Et ne Locorum Ordinarii, quibus jus hoc reservandorum Casuum competit, plurium, quàm opus sit, reservatione, Subditis, aut Confessariis in Animarum salute procurandâ cooperantibus sint onerosi, monentur omnes, ut paucos, eosque tantùm, quos ad Christianam disciplinam retinendam, Animarumque sibi creditarum salutem, pro cujusvis Diæcesis statu, & qualitate, necessariò reservandos esse judicaverint, reservent. In quorum fidem, &c. Romæ Die 9. *Mensis Jan.* 1601.

Cum autem dubia quædam, ac difficultates circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem emersissent; eadem Congregatio, ne ullus deincèps obscuritati, scrupulo, ambiguitative locus relinquatur, & ut clariùs appareat, in quibus casibus, vigore ejusdem Decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato ejusdem SS. D. N. Clem. Papæ VIII. similiter vivæ vocis oraculo super eâ habito, ipsum Decretum ità moderatur, ac declarat, videlicet, sub ejusdem prohibitione illos tantùm inposterum comprehendi Casus, qui in Bullâ Die Cœnæ Domini legi consuetâ continentur, ac propterea Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis fel. recor. Gregorii XV. quæ incipit: cum aliàs nulli, *Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem, Provocantium, & Pugnantium in Duello, juxtà Decretum Sacri Concilii Trid., & Constitutionem fel. re-*

record. *Gregorii XV. incipien.* Ad tollendum, *Initi-cientium violentas manus in Clericos, juxtà Canonem:* si quis suadente. 17. *quæst.* 4., *ac Juris dispositionem, Simoniæ realis scienter contracta, atque etiam Confidentiæ Beneficialis, item omnes Casus, quos Ordinarii Locorum sibi reservaverunt, vel inposterum reservabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxàt, & sublatâ etiam pœnâ inhabilitatis audiendi Confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat dictum Decretum in suâ firmitate, & pristino robore permanere. Ac præterea declarat, eos quidem Sacerdotes, tàm Sæculares, quàm Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse, juxtà eorum privilegia, indulta, & facultates usu ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantùm, & non aliàs absolvere à casibus in præsenti declaratione non comprehensis, aliis verò Sacerdotibus hujusmodi privilegia non habentibus nihil de novo concedi. Sed, ne Locorum Ordinarii, ad quos casuum reservatio spectat, eâ in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnoperè admonendos censet, ut non passim, sed, cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantùm, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat, & in ædificationem, non autem in destructionem cedat: ne aliòquin, Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctatâ potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superfluè reservent* ca-

casus in Bullâ diæ Cœnæ Domini legi consuetâ contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos. Facultatem verò, & licentiam absolvendi à Casibus reservatis, quam in scriptis tantùm concedi permittebatur, etiam solâ vivâ voce concedi posse declarat. Cæterum, ne quis Sacerdotum Sæcularium, aut Regularium, sub prætextu, quòd per primum dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegiis derogatum, eidem Decreto, sicut præfertur, declarato contravenire audeat, Sanctitas Sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus, in favorem quorumcumque Ordinum, seu Institutorum Regularium, aut Sacerdotum, tàm Sæcularium, quàm Regularium editis, nec non eorumdem ordinum, seù Institutorum, ac etiàm Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum Sæcularium, seù Regularium locorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam mari magno, seù Bullâ Aureâ, aut alias nuncupatis, eisdem Ordinibus, seù Institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & Sæcularibus, seù Regularibus Locis, aut personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seù extentionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsì pro illorum sufficienti de-

derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxàt specialiter, & expressè derogat, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ die 26. Novembris 1602.

Alexander Card. Floren. Episcop. Prænestinus

Hier. Agucchius Secr.

Aliud Decretum super eâdem Materiâ.

Quoniam Sacra Congregatio Cardinalium negociis Episcoporum, & Regularium Præpositorum nuper accepit quamplures Regulares tantùm facultatis, seù privilegii ab Apostolicâ Sede sibi concessum profiteri, ut etiam à Casibus Locorum Ordinariis in eorum Diæcesibus reservatis, absque aliâ ipsorum Ordinariorum licentiâ, Pęnitentes absolvere minimè dubitent, nonnullosque alios in Decreto prohibitionis absolutionis à Casibus Sedi *Apostolicæ, vel Locorum Ordinariis reservatis die 9. Januarii Anno millesimo sexcentesimo primo fel. record. Clementis Papæ VIII. jussu edito, nec non in declaratione illius, eodem Clem. Pontifice jubente die 26. Novembris 1602. promulgatâ, Excommunicationes Sedi, vel Ordinariis prædi-*

ctis

ctis reservatas minimè comprehensas asserere ; undè fit, ut metus, quo homines à peccando coercentur, absolutionis facilitate exolescat. Ideò Sacra eadem Congregatio, de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V. speciali mandato, viva vocis oraculo desuper habito, Decretum hujusmodi, illiusque declarationem, nec non censuras, & pœnas in eis contentas, omnia confirmanda, atque innovanda operæ pretium duxit, prout per præsentes confirmat, atque innovat, ab omnibusque Sacerdotibus, tàm Sęcularibus, quàm Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, Congregationum, aut cujusvis alterius Instituti, etiam necessariò exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter observari voluit ; ac insuper, ut nulli ex Sacerdotibus prædictis, quibuscumque privilegiis, indultis, & facultatibus suffulti, ab Excommunicationibus, vel à Casibus eisdem Ordinariis, vel Sedi Apostolicæ reservatis, tàm ad forum contentiosum eorumdem Ordinariorum deductis, quàm non deductis, præterquàm in mortis articulo, absolvere audeant, vel præsumant, vel eorum aliquis audeat, vel præsumat sub eisdem Censuris, & pœnis, eo ipso, & absque aliâ declaratione incurrendis, mandat, & præcipit. Non obstantibus omnibus, quæ Idem Clemens VIII. in decreto, & declaratione hujusmodi voluit non obstare.

Datum Romæ 7. Januarii Anni 1617.

Aliud Decretum super eâdem Materiâ.

S*Acra Congregatio S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præ-*

præpoſita cenſuit per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolicâ poſt Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia per prius ab eodem Concilio, ac deindè etiam ipſius Congregationis Decretis ſublata, atque extincta, ſiqua habebant, abſolvendi à Caſibus Ordinario Loci reſervatis; quemadmodum neque indulta abſolvendi à Caſibus contentis in Bullâ, quæ in Die Cœnæ Domini legi conſuevit, utpotè ſublata per annuam ipſius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquiſivisſe ex ſubſequentibus privilegiorum Confirmationibus, ac proindè Regulares cujuſvis ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi, nec intrà, nec extrà Italiam, in vim privilegiorum, aut confirmationum hujuſmodi, quas, vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, poſſe quemquam abſolvere ab eiſdem caſibus in Bullâ Cœnæ, aut ordinario Loci reſervatis; ac ſi sècus egerint, abſolutiones nullas, atque irritas fore, & eſſe; ab aliis verò Caſibus, & Cenſuris, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſtolicâ abſolvendi facultatem, illam extrà Italiam minimè ſublatam fuiſſe iiſdem Sacræ Congregationis Decretis hâc de re editis juſſu San. mem. Clementis VIII. Quam Sacræ Congregationis ſententiam Sanctitas Sua ad ſe relatam approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter obſervari. Romæ 17. Novembris 1628.

Fr. A. Card. S. Honuphrii.

P. Fagnanus Secret.

Let-

Lettera Circolare della Sacra Congregazione del S. Uffizio sopra l'andare considerati nel concedere la facoltà di Confessare.

Dà Casi di scandolo &c.

A*Vendo la Santità di N. Signore osservato quanto per ovviargli sia necessario a Vescovi l'avere un' attenzione la più precisa in eleggere Persone di proposito à Ministerio di tanta importanza, quindi è che la Santità Sua, col parere di questi miei Eminentissimi Colleghi Signori Cardinali Generali Inquisitori, hà stimato bene, ch' io con questa mia Circolare ne faccia a VS. particolar premura, volendo, che da qui avanti ella con ogni maggiore studio, e diligenza procuri, che tali Soggetti non siano giovani, ma d'età, e d'intelligenza provetti, e ben morigerati, a quali dovrà strettamente ordinare, che non sentano le Confessioni, massime di Donne, avanti il Confessionale, ma da lati di esso, ed in luoghi publici, ed esposti a vista di tutti; persuasa la Santità Sua della bontà, e Zelo del suo Carattere, che da lei verrà in ciò appieno la sua mente adempita.*

Roma 14. di Decembre 1694.

Constitutio B. Pii V. in quâ præscribitur quid servare debeant Medici in curatione Infirmorum.

Supra Gregem &c.

§. 3. *ET hâc nostrâ in perpetuum valiturâ Constitutione statuimus, & decernimus, quod omnes Medici, cùm ad infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo Confessori omnia peccata sua, juxtà Ritum S. Romanæ Ecclesiæ, confiteantur, neque tertio Die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo Confessor, ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientiam oneramus, concesserit, & eis, per fidem Confessoris in scriptis factam, constiterit, quod Infirmi, ut præmittitur, peccata sua confessi fuerint.*

§. 4. *Coniunctos verò, ac omnes familiares, & domesticos Infirmi in Domino rogamus, & monemus, ut de infirmitate Parochum certiorem faciant, & tàm Parochus, quàm coniuncti, & familiares præfati Infirmum ad Confessionem peccatorum suadeant, & inducant.*

§. 5. *Quod si qui Medicorum præmissa non observaverint, ultrà pœnas in Constitutione fel. record. Innocentii III. contentas, quas incurrere declaramus, perpetuò sint infames, & gradu Medicinæ, quo insigniti erant, omninò priventur, & à Collegio, seù Universitate Medicorum eiiciantur, ac pœnâ etiam pecuniariâ, arbitrio Ordinariorum, ubi deliquerint, mulctentur.*

§. 6. *Et ut hęc omnia inviolabiliter observentur, vo-*

volumus, & eâdem auctoritate præcipimus, & mandamus, ut nullus post hàc ubique Locorum in Medicinâ doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quovis Collegio, & Universitate concedatur, nisi omnia in præsenti Nostrâ Constitutione contenta, medio eorum juramento coràm Notario publico, & Testibus, observare in eorum manibus, vel Ordinarii juraverint, & de hujusmodi juramento in Privilegio, seù licentiâ medendi specialis mentio fiat. Quod si Collegia, & Universitates præfata, non recepto à Promovendis Juramento hujusmodi, eosdem ad gradum prædictum promoverint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnam privationis facultatis alios ulterius doctorandi incurrant.

§. 7. *Mandantes in virtute Sanctæ Obedientiæ Omnibus, & singulis Ven. Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Civitatibus, & Diœcesibus propriis præsentes nostras literas publicari faciant, ac juramentum prædictum à Medicis jam promotis, seù licentiam medendi habentibus, omnibus Juris remediis exigatur, neque aliquos ad medendum in Civitatibus, & Diœcesibus prædictis admittant, nisi eis constiterit eosdem juramentum hujusmodi prestitisse, & contumaces, & jurare, & juramentum hujusmodi jam præstitum exhibere recusantes, gradu Medicinæ, & omnibus privilegiis eisdem Medicis, tàm coniunctim, quàm divisim eos, & eorum cuilibet concessis, per quosvis etiam Romanos Pontifices, privent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant, donec resipuerint.*

Dat. &c. hâc die 8. Martii 1566. Pontificatus Ann. 1.

Let-

Lettera Circolare della Sac. Congregazione de' Vescovi, e Regolari d'ordine d'Innocenzo XI. sopra l'osservanza di detta Bolla.

I*L paterno Zelo di Nostro Signore, indefessamente applicato a ciò, può ridondare in beneficio, e salute de' suoi Fedeli, non ha potuto ricevere, che con particolar sentimento dell' animo suo, le notizie pervenutegli, che in molte Diocesi non viene osservata la disposizione della Costituzione 3. della S. M. del B. Pio V. che comincia* : Supra Gregem Dominicum &c. *circa l'amministrazione del Sacramento della Penitenza agl' Infermi, e la precisa proibizione, che anno i Medici di potere visitare i medesimi dopò il terzo giorno, se essi non si saranno Confessati, e l'obbligo, che tengano i Parenti, e Famigliari d'avvisare i Parochi delle infirmità de' loro Congiunti, e Domestici. Onde volendo Sua Santità rimediare a sì pernicioso abuso, ridondante in grave pregiudizio della salute delle Anime, e del Corpo, mentre dal peccato molte volte derivano le infirmità Corporali, vuole, ed espressamente comanda, a tutti gl' Ordinari de' Luoghi, che faccino esattamente osservare, quanto providamente si dispone nella predetta costituzione della S. M. del B. Pio V. ordinando, che venga ogni anno publicata, tanto da Parochi, che da Predicatori, sotto le pene in essa contenute, ed altre ad arbitrio della Santità Sua; Resterà per tanto servita di dare esecuzione a questa Santa*

ta Ordinazione di Sua Beatitudine, mentre per fine le bacio umilmente le mani.

Roma 30. *Settembre* 1682.

Umilissimo, e Divotissimo Servitore
G. *Card. Fachenetti.*

B. Panciatichi Secr.

Decretum Alexandri PP. VII. super Attritione.

Feriâ 5. *die* 5. *Martii* 1667.

S*Anctis.* D. N. *Alexander Papa VII. cum acceperit, non sine gravi animi mærore, Scholasticos quosdam acrius, nec absque Fidelium scandalo, inter se contendere, an illa Attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ, ad impetrandam gratiam in Sacramento Pęnitentiæ requirat insuper aliquem actum Dilectionis Dei (asserentibus quibusdam, negantibus aliis, & invicem adversam sententiam censurantibus) Sanctitas sua, enixè cupiens pacis vinculum inter Fideles servari, omnemque scissuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentiss. & Reverendiss. DD. Card. adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, necnon DD. Consultorum, & Qualificatorum Sacr. Congreg. ejusdem Gen. Inquisit. hoc præsenti Decreto, in virtute S. Obedientiæ, & sub pænâ Excommunicationis latæ sententiæ Sanctæ Sedi reservatæ, aliisque pœnis ejusdem S. Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis, & singulis Fidelibus, quocumque gradu, & dignitate, etiam*

Epi-

Episcopali, & majori, imò, & Cardinalitiâ fulgentibus, ut, si deinceps de materiâ Attritionis scribent, vel libros, aut scripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quovis modo Pęnitentes, aut Scholares, cæterosve erudient, non audeant alicujus Theologicæ censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ notâ taxare alterutram sententiam, sivè negantem necessitatem aliqualis dilectionis Dei in præfatâ Attritione ex metu gehennæ conceptâ, [quæ hodiè inter Scholasticos communior videtur] sivè asserentem dictæ dilectionis necessitatem; donec à Sanctâ Sede fuerit aliquid hâc in re definitum; statuitque prætereà Decretum hoc, seù illius exemplum, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixum, omnes ubique existentes arctare, & afficere, ac si unicuique personaliter fuißet intimatum.

Decretum S. Rom., & Universalis Inquis. Feriâ 4. die 18. Novembris 1682.

P*Ravià maturâ Consultatione DD. Consultorum, facta fuit discussio sequentis Propositionis:* Scientiâ ex Confessione acquisitâ uti licet, modò fiat sine directâ, aut indirectâ revelatione, & gravamine Pœnitentis, nisi aliud multò gravius ex non usu sequatur, in cujus comparatione prius meritò contemnatur, *additâ deinde explicatione, sivè limitatione, quòd sit intelligenda de usu scientiæ ex Confessione acquisitæ, cum gravamine pœnitentis, seclusâ quâcumque revelatione, atque in casu, quo multò gravius*

vius gravamen ejusdem Pœnitentis, ex non usu sequeretur, & statuerunt dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ Scientiæ, cum gravamine pœnitentis, omninò prohibendam esse, etiam cum dictâ limitatione, sive explicatione, & præsenti Decreto prohibent, ne quis ultrà audeat talem Doctrinam publicè, aut privatim docere, aut defendere, sub pœnis arbitrio Sacrę Inquisitionis infligendis: mandantes etiam universis Sacramenti Pœnitentiæ Ministris, ut ab eâ in praxim deducendâ prorsus abstineant.

Franciscus Riccardus S. Rom., & Univers. Inquis. Notari:

Videatur hic Constitutio Clementis PP. X. anni 1670. quæ est impressa suprà Cap. 4. de Prædicatione Verbi Dei, incipien. Superna Magni Patris &c. quæ summoperè est huic consentanea materiæ, & hanc necessariò accuratè perlegere Confessores præcipuè Regulares tenentur; cui multum collimat Declaratio præfatæ Constitutionis factæ ad instantiam Eminentissimi Cardinalis Nerlii Archiepiscopi Florentini, die Jovis 26. Julii 1674. cujus verba sunt.

SAnctissimus D. Noster in Audientiâ, vivæ vocis oraculo, declaravit ex prædicatâ suâ Constitutione nullam facultatem fuisse tributam Regularibus audiendi Confessiones Sacramentales in privatis Domibus, ac proinde minimè licere eisdem Regularibus, cujuslvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, Sacramentum Pœnitentiæ administrare in Domibus privatis, extrà casus à jure permissos: & Decretum prohi-

bibitionis, ut suprà editum in Diæcesanâ Synodo, esse omninò observandam in totâ Diæcesi, prout Sanctitas Sua illud observari præcepit, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ die, & Anno prædicto.

P. Fagnanus.

Decretum S. Congregationis Episcoporum, & Regularium die 2. Septembris 1603.

EPiscopus volens examinare iterùm Confessarium Regularium, ex novâ causâ, debet id Superioribus Regularibus significare, non quidem, cum individuâ expressione causæ, sed tantùm exprimendum, se velle ob novam, quæ supervenit, causam, ad hujusmodi examen procedere.

Aliud Decretum dictæ Congregationis die 30. Augusti 1630.

EX causâ concernente Confessiones, potest Episcopus suspendere Confessarium approbatum absolutè, & revocare licentiam audiendi Confessiones: sicuti etiam judicio Episcopi, cujus oneratur conscientia, repelli potest á Confessionibus, & suspendi Confessarius ille, qui sit scandalosus.

Nullus Sacerdos à Casibus Episcopis reservatis, seù contentis in Bulla Cœnæ Domini, & ab aliis quibuscumque extrà illam Apostolicæ Sedi reservatis, absolvere præsumat, non obstantibus quibuscumque privilegiis, ut per Decretum S. Congregationis 9. Janua-

nuarii 1601., editum 26. Nov. 1602., & ampliatum, jubente Urbano VIII. Summo Pontifice 17. Nov. 1628.

Casus, & Censuræ S. Sedi Apostolicæ reservatæ, à quibus extrà mortis articulum, nemo, sivè Sæcularis, sivè Regularis Sacerdos valeat absolvere.

1. *Casus dubiè, vel clarè contenti in Bulla Cęna.*
2. *Violatio immunitatis Ecclesiæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV.*
3. *Violatio Clausura Monialium ad malum finem.*
4. *Provocatio, & pugna in duello, juxtà Decretum Tridentinum Concilii sess. 25. de reformat. cap. 19., & Const. Gregorii XIII.*
5. *Iniectio manuum violentarum in Clericos, juxtà Canonis: siquis suadente 17. quæst. 4. dispositionem.*
6. *Simonia realis, ac scienter contracta, ac etiam Confidentialis in Beneficiis.*

Casus, & Censura Episcopo Massano reservata.

1. Nefariâ consuetudine Deum, B. Virginem Mariam, vel Sanctos blasphemantes.
2. Homicidium voluntarium, & Infantium suffocatio, vel procurantes sibi, vel alteri Abortum, cum effectu.
3. Sponsi ante contractum Matrimonium in facie Ecclesiæ carnaliter se cognoscentes, aut simul cohabitantes, aut familiariter conversantes.

4. Concubinarii publici quicumque, Sodomitæ, vel cum bestiis coeuntes, incestuosi in primo, & secundo consanguinitatis, seù affinitatis gradu, etiam spirituali.

5. Detinentes in lecto Infantes ante annum expletum, sine capsulâ, aut aliâ sufficienti cautione.

6. Legata pia infrà tempus à Testatore statutum, vel à Nobis præscriptum non solventes, aut Cum Legatariis non concordantes.

7. Periurii in judicio, vel Actu publico falsarii.

8. Libellos famosos conficientes, & eos quommodolibet publicantes; sub quo comprehendi volumus privatas scribentes Epistolas privatis tàm intrà, quàm extrà Diæcesim personis, contrà Proximi famam, etiamsì vera dicantur, & eos qui tales Epistolas cum aliis communicaverint.

9. Temeratores Monialium, & Literas Amatoris, sivè inhonestas scribentes Monialibus, vel Puellis intrà Claustra commorantibus, vel res, aut actus inhonestos coràm aliis agentes, ipso facto in excommunicationem Nobis reservatam incurrant.

10. Laici ementita Patrimonia Clericis ordinandis conficientes, excommunicati sint ipso facto, excommunicatione Nobis reservatâ.

11. Qui ficto Patrimonio, vel cum pactis de non exigendis ejus fructibus, ordines assumpserint; & in Sacris ordinati retrocedentes, & quoquomodo relaxantes, seù Patrimonium alienantes, tituli loco subrogatum, sint suspensi, ipso facto à Divinis, suspensione Nobis reservatâ.

12. Nulla est absolutio complicis in re venereâ

reâ, cujus materia absolutè, & in se actio indifferens non judicatur, sed per se in actum carnalem sivè completum, sivè non completum prodit.

Præfatorum reservatorum Casuum explicationes, ubi etiam instructiones nonnullæ, & pro Confessariis monita, quæ omnia demandare memoriæ jubemus, ut munus suum rectè valeant adimplere, (uti nobis est in votis demandatum) coacervantur.

CIrcà primum de Blasphemiâ ab omnibus indispensabiliter Confessariis, Bulla infrà apposita Pii V. quæ ad unguem præcipimus executioni mandari, legatur, ejusque exactam volumus observationem in totâ Nostrâ Diæcesi: ità ut contràfacientes, eamque non observantes, omnibus in eâ contentis subiaceant pœnis; quâ de causâ Bullam hìc prædictam curavimus apponi.

Constitutio 5. Pii PP. V. continet ordinationes circà observantiam Divini cultus in Ecclesiis, & Venerationem Festivitatum, nec non etiam contrà Simoniacos, Blasphematores, Sodomitas, & Concubinarios.

PIUS EPISCOPUS.
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CUm primùm Apostolatus officium divinà Nobis dispositione commissum suscepimus, statim omnem curam, & cogitationem nostram in Dominici gregis

gis Fidei nostræ crediti salute defiximus, & Christifideles Deo juvante ità dirigere statuimus, ut à vitiis, & peccatis abstinentes, iter, quod ad vitam æternam ducit, insistant.

§. 1. Cum autem ad omnia, quæ Divinam Majestatem aliquo modo possent offendere, removenda mentis nostræ acie intenderimus, ea primùm, sine morâ emendare decrevimus, quæ Deo præter cetera displicere, & iram ejus provocare, cùm Divinæ docent scripturæ, tùm gravissima exempla declarant, nempè Divini cultus neglectum, simoniæ labem, Blasphemiæ crimen, & libidinis naturæ contrariæ vitium execrandum, propter quæ Populi, & Nationes bellorum, famis, & Pestilentiæ calamitatibus justâ Dei ultione sæpè plectuntur. Etsi autem contrà eos, qui tàm gravia crimina admiserint, multæ à Prædecessoribus Nostris Constitutiones editæ fuerunt, tamen, quia parum est Leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur.

§. 2. Idcircò, ne qui forsan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosque pœnarum gravitate magis, quàm Dei timore arceri solere à voluntate peccandi, omnes, & singulas sententias, censuras, & pœnas contrà eos, qui talia deliquerint, latas confirmamus, & Apostolicâ auctoritate innovamus, nec de earum rigore quicquam relaxamus, admonemusque eos, qui talia perpetrare veriti non fuerint, non solùm subituros eas pœnas, quæ Sacris Canonibus constitutæ, sed eas etiam, quas Leges Civiles comminantur, & nostri quoque arbitrii discretio, pro personarum qualitate constituet.

§. 3.

§. 3. *Mandantes Civitatum, & locorum statûs Nostri Ecclesiastici pro tempore Ordinariis, & Gubernatoribus, illis quidem sub pœnâ suspensionis à Divinis, his verò sub pœnâ excommunicationis latæ sententiæ, ut quos debitum Deo cultum in Ecclesiis non tribuere, aliisque nefandis criminibus pollutos esse compererint, comprehendi curent pœnis afficiendos competentibus. Scituris etiam ipsis Judicibus, quod, si post hanc nostram Constitutionem in castigandis hujusmodi delictis negligentes fuerint, primùm quidem Dei Omnipotentis Judicio obnoxii erunt, deindè Nostram quoque incurrent indignationem. Ut autem pœnarum certitudo cunctis faciliùs innotescat, nonnullas hîc duximus exprimendas, aliis nihilominus contrà hujusmodi criminum reos à Jure statutis in suo robore manentibus.*

§. 4. *Ut igitur Deo Op. Max. Gloriosæ Virgini, ac Sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregor. X. Prædecessoris Nostri constitutionem innovantes, ac Statuta in Tridentino Concil. observari volentes, statuimus, & ordinamus, ut ad Ecclesias sit humilis, & devotus ingressus, quieta conversatio, devotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis Sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Jesu Christi Domini Nostri cum exhibitione reverentiæ caput inclinent; nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moveat, impetumve committat; cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes judiciorum, & alia quacumque, quæ Divinum Officium perturbare possunt. Nullus intrà Ecclesias deambulare audeat,*

sivè

sivè præsumat, dum celebrantur Sacra Missarum Mysteria, & alia Divina Officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempserint, præter Divinæ ultionis acrimoniam, Nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarii in suis Ecclesiis faciant observari. Quicumque verò in Ecclesiis, dum ibi Sacrificium Missæ, & Divina celebrantur Officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad SS. Sacramentum sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut Divina perturbet officia, facere præsumpserit, pęnam vigintiquinque Ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære, luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesiis cum Mulieribus impudicis, sive etiam honestis, colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque Ducatorum pœnam incurret, & carceris per mensem. Qui in Ecclesiis, ut suprà, obscænis, & inhonestis verbis, aut signis usus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscumque habuerit, decem aureorum pœnâ mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur. Mandamus prætereà omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, Sacristis, Ostiariis, & aliis ipsarum Custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinariis, vel Officialibus Nostris puniendos deferant, quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum, vice quâlibet incurrent.

§. 5.

§. 5. Pauperes quoque mendicantes, seù eleemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, Prædicationum, aliorumque Divinorum Officiorum ire non sinant, sed eos ad valvas Ecclesiarum stare faciant, sub pœnâ duorum aureorum Capitulis infligendâ pro quâlibet vice, nisi eos ejici curaverint, & Parochis dimidii aurei. Religiosis etiam Claustralibus, sive Regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales eiiciat, & si negligentes fuerint, gravissimè ab Ordinario corripiantur; quod illi parere recusaverint, gravissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum, etiam corporaliter punientur arbitrio Nostro, sive Superiorum.

§. 6. Et ut in Ecclesiis nihil indecens relinquatur, iidem provideant, ut capsæ omnes, & deposita, seù alia cadaverum conditoria super terram existentia omninò amoveantur, prout aliàs statutum fuit, & Defunctorum corpora in tumbis profundis infrà terram collocentur.

§. 7. Cum verò Dierum Festorum observatio ad Dei cultum maximè pertineat, & in Lege Divinâ præcipiatur, cupientes abusus pravos, qui ex eorum inobservantiâ invaluerunt, omninò corrigere, & antiquorum Canonum statuta renovantes, mandamus, ut omnes Dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei B. Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione observentur, omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, Divinis Officiis Devotè intendant, ab omni illicito, & servili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & ju-

judiciorum strepitus conquiescant. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter Divinam ultionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam utetur, etiam graves pœnas incurret arbitrio nostro, seù Vicarii nostri in Urbe, in aliis autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, itaut præventioni locus sit. Quibus omnibus districtè præcipimus, ut hæc diligenter observari procurent; illas etiam Festivitates, quæ juxtà consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, juxtà laudabilem consuetudinem debitâ cum reverentiâ observari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

§. 8. *Et ut Simoniacæ pravitatis labes prorsus aboleatur, Constitutiones Antecessorum Nostrorum, contrà Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inviolabiliter observari mandamus, & delinquentes, tàm in Sacrorum Ordinum receptione, quàm in Beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis Nostrâ auctoritate affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen Simoniacæ pravitatis comisisse convictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spè dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisiverit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso jure privatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcumque alia Beneficia Ec-*

Ecclesiasticâ obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse convictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus, à Fidelium consortio ejiciatur. Qui verò ordines, vel Beneficia Simoniacè contulerint, pœnis à jure statutis puniantur, cujuscumque gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsì Episcopi, Archiepiscopi, vel majores fuerint.

§. 9. *Caveant præterea quicumque, ne in Sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, aliòquin gravissimè puniantur per Locorum ordinarios, quì hujusmodi criminis reos cum maximâ severitate coercere procurent, juxtà Concilii Tridentini Statuta.*

§. 10. *Ad abolendum verò nefarium, & execrabile Blasphemiæ scelus, quod in antiquâ Lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoque Legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Judicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem suprà modum invaluit, Leonis X. Prædecessoris Nostri in novissimo Lateranen. Concilio statuta innovantes, decernimus, ut quicumque laicus Deum, & Dominum Nostrum Jesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam, ejus Genitricem expresse blasphemaverit, pro primâ vice pœnam vigintiquinque Ducatorum incurrat; pro secundâ, pœna duplicabitur, pro tertiâ autem centum Ducatos solvet, & ignominiâ notatus, exilio mulctabitur. Qui verò plebejus fuerit, nec erit capax solutionis, pro primâ vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secundâ fustigabitur per Urbem, pro tertiâ lingua,*

ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicumque Clericus in hoc Blasphemiæ crimen incurrerit, pro primâ vice fructibus unius anni omnium, & quorumcumque Beneficiorum suorum, pro secendâ Beneficiis ipsis privetur, pro tertiâ omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si Clericus nullum obtinuerit Beneficium, pœnâ pecuniariâ, vel corporali, pro primâ vice puniatur, pro secundâ carceribus mancipetur, pro tertiâ verbaliter de gradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemaverit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio Judicis puniatur.

§. 11. *Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetraverit, Curiæ Sæculari puniendus tradetur, & si Clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pęnę subiiciatur.*

§. 12. *Monemus prætereà omnes Locorum Ordinarios, & in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipimus, ut Statuta Tridentini Concilii contrà Concubinarios, tàm Clericos, quàm Laicos edita, districtè faciant observari, reddituri Deo, ac Nobis, si id omiserint, rationem.*

§. 13. *Et ut præmissorum Delictorum Simonię Blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur, volumus, quod in singulis casibus, non solum per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denuntiationem procedatur per quoscumque Judices, alias tamen de jure competentes, tàm ratione delicti, quàm personarum, ita quòd inter eos locus sit præventioni.*

§. 14.

§. 14. *Monemus præterea omnes, & singulos, ut solum Dei timorem præ oculis habentes, & non aliâ animi pravâ affectione ducti, culpabiles tantùm deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumniâ aliquos denuntiasse comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus.*

§. 15. *Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis piis arbitrio nostro in Urbe, extrà verò, Ordinariorum: pro tertiâ Accusatori, qui delinquentes detulerit.*

§. 16. *Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus S. R. E. feudatariis, sub pœnâ privationis Feudorum quæ ab ipsâ Ecclesiâ Romanâ obtinent. Reliquos verò Principes Christianos, & Terrarum Dominos hortamur in Domino, & in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, ut pro Divini nominis reverentiâ, & honore præmissa omnia in suis Dominiis, ac Terris exactissimè, servari faciant, uberrimam ab ipso mercedem pro tàm bonis operibus recepturi.*

§. 17. *Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, privilegiis, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis, quibusvis Capitulis, Conventibus, Militibus, ordinibus, & personis cujuscumque qualitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, nec non insolitis clausulis, & irritationibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus il-*

illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. *Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Prælati munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.*

§. 19. *Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam, nostræ innovationis, relaxationis, admonitionis, confirmationis, mandati, statuti, decreti, ordinationis, præcepti, monitionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1566. kal. April. Pontif. Nostri Anno 1.

Circà secundum advertendum est, quod ly *procurantes* dumtaxat non cadit super Abortum, sed etiam super voluntarium homicidium, ac infantium suffocationem; abortus verò etiam de fœtu nondum animato, semper effectu subsecuto, intelligitur, peccatum aliter nullo pacto reservatum existit.

Circà tertium: non credatur, quod per Casum reservatum, in quo Parentes etiam consentientes, ut Sponsi simul cohabitent, volumus comprehendi, vel familiariter inter se conversent, à pœnâ pecuniariâ in cap. de Matrimonio enunciatâ li-

liberentur; quapropter Confessarii, si quos invenerint hàc labe infectos, moneant pęnitentes, se in pœnam esse pecuniariam illapsos.

Circà quartum: Concubinarii, sive soluti, sive coniugati ter à Parocho moniti, sì à Concubinata, ex Tridentini præscripto sess. 24. de Matrim. cap. 8. non recesserint, excommunicationis gladio ferientur, nemine, contrà quos, accusante, ex officio procedetur, & pœnis etiam pecuniariis, afficienturque corporalibus; quibus etiam pœnis mulieres, sive Coniugatæ, sive solutæ, quæ cum publicè concubinariis, vel Adulteris vivunt, si ter monitæ non paruerint, submittentur. Hinc Parochis sub Ecclesiasticarum pœnâ censurarum mandamus, ut siqui publici, soluti, vel uxorati, cujuscumque status, dignitatis, gradus, & conditionis existant, in eorum Concubinarii jurisdictionibus reperiantur, Nobis [si nulla emendationis post trinam monitionem spes non apparuerit] eos denunciare non differant, ut in eosdem juxtà dictum Tridentinum Concilium statim procedere valeamus: hic tàm quoad Mares, quàm quoad fæminas casus est reservatus.

Quod ad Sodomiam pertinere videtur, eâ tàm perfectâ, videlicet inter Personas ejusdem sexus, quàm imperfectâ, nempè diversi sexus, casus reservatus, tàm de agente, quàm de patiente, intelligitur, uti pariter de actu etiam imperfecto, præcipuè quoad Uxoratos, inter quos hoc enorme est causa divortii delictum; Quapropter si Confessarii aliquandò, quod absit, hoc scelest inter

co-

coniugatos audient piaculum, eos de Thori separatione ad alterutrius instantiam, de pœnâ mortis, & ignis in hoc mundo &c. admonere non cessent, nec non illas omnes in supra laudatâ Constitutione Pii V. PP. recensitas.

Enorme Bestialitatis scelus, quod per accubitum ad rem non ejusdem speciei procedit [sub quâ specie execrabilis cum Dæmone concubitus Incubo, & Succubo comprehenditur] semper est casus reservatus, si homo coeat cum Bestia, sivè ejusdem sit sexus, sivè non, vel sit activus, vel passivus, tandemque fæmina, vel masculus; neque est opus, quod actus sit perfectè completus. Quoad incæstum est casus tàm quoad Mares, quàm quoad fæminas, reservatus; & etiam de actu initiato, sivè incompleto, & solùm inter personas coniunctas in gradibus recensitis in ipso Casu intelligitur.

Quintus explicatione Casus non indiget, sed ut Confessarii dumtaxàt ad illam opus est sufficientem animadvertant cautionem quam solent aperire Nutrices, quia aliquando dolosè loquuntur; quare spectat ad Confessarii peritiam eorum reserare fallaciam, ipsisque, quod cautio nunquam est sufficiens insinuare, nisi ipsâ mediante sit ferè pueri impossibilis suffocatio, & tunc casus non est reservatus, aliter semper reservatos inter reponetur.

Sextus casus luce clarior existit, cum nemo non videat illos omnes sub eo comprehendi Fideles, qui correspectiva receptis Beneficiis onera, cum gravissimo salutis propriæ dispendio, & cum summo benè de se merentium Animarum præjudi-

dicio, adimplere crudeliter, ac impiè detrectant. Quamobrem omnes, & singulos piis cujusvis generis Legatis, aut oneribus persolvendis obnoxios, Confraternitates etiam Laycorum, & earum Correctores, & Præfectos pro tempore existentes, curare diligenter volumus, ut ea omnia pietatis opera opportunè, ac fideliter exequantur infra tempus à Testatore relictum, vel à Nobis in cap. de Legat. piis sancitum &c. ad quæ vel ex Testamento, vel ex Contractu, vel aliter quomodocumque obstricti, & obligati sunt, alias in peccati mortalis pęnam, absolutionem cujus nobis reservamus, incurrant. Et ut ab hoc omnes gravissimo arceamus malo, pariterque ut piæ Defunctorum dispositiones exequantur, provideamus, in dicto de Legatis piis capite, sub Excommunicationis pœnâ latæ sententiæ Nobis reservatâ præcipimus omnibus Notariis, Tabellionibus, Parochis, aliisque similibus, ut determinato tempore Nobis, vel Vicario nostro Generali ultimas defunctorum patefaciant voluntates, de quibus rogati fuerunt Legata, Fidei Commissa, Institutiones, Relicta Ecclesiarum, Locorum piorum, piarumque causarum favorem concernentes, unà cum Nominibus hæredum, Institutorum &c. Et ad omnem hujus ignoratæ legis prætextum penitus eliminandum præcipimus sub pęnâ suspensionis Parochis hujus in linguâ Vernaculâ Decreti publicationem, ut sic omnibus innotescat.

Circà septimum sciendum est, quod periurii, & falsarii in peccati pęnam incidunt mortalis, Nobis, non solùm quando in Judicio formali, sed

 etiam

etiam dum ante ipsummet Episcopum extràjudicialiter, vel summariè, aut pectoraliter procedentem falsum juramentum, aut falsum testimonium proferunt, reservati; etiamsì se hoc dicant fecisse absque jurandi intentione, aut equivoco, vel mentali restrictione utantur, aut tandem credant, se posse hoc facere, ne ejus Proximo detegendo crimina præjudicent, quia semper est peccatum Episcopo reservatum. Et falsum insuper testimonium ad damni illati Proximo, sivè in ære, vel honore, sivè in vitâ, sivè in Bonis, obligat restitutionem.

Pro octavi casus nihil opus est addere explicatione, quia jam constat hunc esse tantùm de Laycis intelligendum: Nam pro Ecclesiasticis in Sacris constitutis est suspensio à Divinis ipso facto incurrenda, Nobis reservata; pro Clericis verò, vel primâ Tonsurâ dumtaxat initiatis, est Excommunicatio major ipso facto incurrenda Nobis pariter reservata, uti patet in Cap., de vitâ, & honestate Clericorum; ubi solummodò pęna Tallionis pro calumniantibus, desideratur; sed hæc est benè expressa, & in suprascrìptâ Pii V. Bullâ, sancita, quam in suo volumus robore permanere.

Circà nonum; quamvis nec mente concipere valeamus ad tantam posse aliquem devenire impudentiam, ut sacrilegâ Virgines Deo dicatas, audeat temeritate, literis, vel internunciis ad inhonesta allicere, aut verbis, aut actibus, sivè alio quoque modo provocare; quia tamen adeò crevit hominum malitia, ut diabolicâ concitati suggestione, quodcumque committere facinus non vereantur; idcircò,

cò, cum ad munus, huic vias intercludere sceleri, nostrum pertineat, volumus, quos hàc pestiferâ labe infectos se noverint esse, gladio excommunicationis interemptos. Quod, ut clarius elucescat Nostra Voluntas, & illos, quos major hæc excommunicatio latæ sententiæ, Nobis dumtaxat reservata, afficere debet, Confessarii omnes agnoscant, dicimus præter facientes, vel, ut in Casu, loquentes, scienter deferentes præfatas diabolicas literas, quod, sivè mares, sivè fœminæ, vel etiam doli capaces pueri comprehenduntur. Quam pęnam respectivè subire volumus omnes, qui etiam quocumque modo absque literis, ad Moniales ad inhonesta sollicitandas, lenocinium exercuerint, sivè hoc præstandi modum, aut consilium, vel auxilium præbuerint. Ultimò adnotare fas est, quod à nemine hâc pęnâ Moniales illæ, quæ vel Epistolas acceptaverint, vel sermones audierint prædictos, aut actus viderint indecentes, quâlibet remotâ interpretatione, exemptæ puteritur; cum sit Mens Nostra, non tantum clara, sed etiam æquivoca, vel dubia circa periculosissimam materiam, adeò statui, quam ipsæ profitentur contrariam, à Sanctimonialibus eliminare.

Decimus, & undecimus sunt adeò rectè, clarèque expositi casus, ut sit omninò superfluum ultrò de eis verba facere.

Non est ultimus tandem casus reservatus, sed positiva in eo est Confessarii ab ejus Confessione audienda, posita reprobatio, qui socius, aut peccati particeps fuerit; quapropter quicumque facultatem

 à Ca-

à Casibus Nobis etiam reservatis habuerint absolvendi, cuilibet nequaquam licere noverint Confessario, etiam Parocho, seù Regulari in totâ nostrâ Diœcesi, qui in Carnalis peccati quomodolibet crimine socius, participesve, aut impudicè versatus, vel fuerit maculatus, complicem in Confessione audire, & absolvere, extrà Casum etiam Gregorianæ Constitutionis. Quem si Confessarius audire, & in Confessione absolvere audeat, præter à Jure statutas pœnas, ipso statim jure, ipsoque facto jurisditione, & Confessiones audiendi auctoritate, & in totâ quemquam Nostrâ Diœcesi absolvendi, privatus censeatur, prout, & nunc pro tunc privamus, & pro privato omninò haberi volumus, & mandamus; hinc habens talem hujusmodi Confessio adnexam culpam, socio facta, sit irrita, & nulla ex defectu jurisdictionis. Quæ tamen jurisdictio quemcumque alium ordinarium penes Confessarium remaneat, qui nullatenus est culpæ socius, itaut non peccati complex se Confessario facultatem habenti pro reservatis, sed ordinario tantum approbato non complici, præsentare teneatur. Quod si Parochi in tàm grave facinus (quod nefas est cogitare) inciderent, latæ sententiæ excommunicationem Nobis reservatam incurrant.

Ut insuper Confessariis modum ritè, ac rectè magis magisque hoc tàm arduum, periculosumve exercendi ministerium, facilitemus, quæ vitare nonnulla debent annuemus, ut qui indigni absolutionis sunt gratiâ, inabsoluti repellantur. Primi hujus generis erunt, qui nullum veri, dolorisve super-

pernaturalis inditium ostendunt, atque in melius vitam nolunt emendare. Secundi, qui odia, & inimicitias ex corde non deposuere, & nolunt, quantum in se est, cum suis inire pacem inimicis, & reconciliationem. Tertii, pęnitentes aliena cum iniustè detinent Bona, aut cum fortunæ bonis, famæque Proximi damnum aliquod intulerint, id reparare non curant, nec sivè penitus, sivè partim restituere, vel satisfacere nolunt. Illis verò, qui bona aliàs fortunæ, vel famæ restituere promiserint, sine effectu secuto, donec integrè satisfecerint absolutio differatur. Quarti, qui cum ad annos discretionis pervenerint, nesciunt, saltem quoad substantiam Fidei Articulos, Dei, & Ecclesiæ præcepta, Orationem Dominicam, & Angelicam salutationem: nisi hæc sint quamprimum addiscere parati: quod si aliàs ab eodem, vel aliis fuerint admoniti Confessariis, nec debitam adhibuerint diligentiam, tunc eis absolutio differatur, donec aliquo modo, juxtà posse, tali satisfecerint obligationi. Negabitur etiam Parentibus absolutio, qui sunt etiam post admonitionem, in procurando ut talia Filii addiscant, negligentes. Quinti, qui in aliquâ proximâ mortaliter peccandi existunt occasione, & possunt eam deserere, absolvi non debent, eam donec deserverint: & si eam relinquere non valent, est, donec aliqua dederint emendationis indicia, & legitimum sit aliquod culpæ inposterum evitationis credendi fundamentum, absolutio differenda. Sexto loco iis quoque deneganda est absolutio, qui proximam præbent aliis peccandi occasionem, nisi eam adi-

adimere, velintque mederi, quantum possunt, malo, cujus occasionem præbuerunt: quos inter præcipuum obtinent locum, qui pessimam, infamemque lenocinii artem exercent, item, qui luxuriosos conventus, foventque congressus, impietatibus, blasphemiis, lascivиis, aliisque peccatis obnoxios. Ab hoc Sancto non tantum Tribunali, verùm etiam ab Eucharistici Panis Mensâ, omnes sunt arcendæ Mulieres, quæ nudo incedunt pectore, postquam satis, superque senserint correctionem. Septimò, publicis peccatoribus, & iis, qui scandalum publicè dedere, donec publicè satisfecerint, & scandalum, quantum possunt, sustulerint, non est absolutio concedenda. Octavò, iis recidivis omnibus, qui mortaliter peccandi habitum contraxerunt, donec emendationis signa compareant, *juxtà 60. prop. ab Innoc. XI. proscriptam;* est absolutio differenda: Nonò, ex nullá insimul non cohabitantes legitimâ causâ non sunt Conjuges absolvendi, & multò minus, quando ex propriâ culpâ sine Ecclesiæ judicio disiunctim habitant, non sunt ad Sacramentorum participationem admittendi, donec insimul convivant. Hinc Parochis, atque Confessariis præcipimus conjugatos simul non cohabitantes arguere, indè præviis hortationibus ad Sacramentorum participationem non admittere; cum verò non obtemperaverint, ad Nos deferre sub quovis prætextu non negligant, ut opportunis remediis damnabilem eorum contumaciam compescamus. Decimò; proprios quoque percutientibus Parentes, justissimo præcipuè absque motivo,
eis

eis non eſt abſolutio impertienda, talem donec præmiſerint ſatisfactionem, ut ſufficiens ab ipſiſmet Parentibus cenſeatur. Undecimò, neque leviter eos abſolvendos ſuſcipient Confeſſarii, ab alio quibus fuerit, vel dilata abſolutio, vel denegata, ad primum verò ſuum Confeſſarium eos inabſolutos remittent; niſi malè eum officio functum ſuo fuiſſe evidenter appareat. Nec pariter abſque magnis prætereà rationibus à primis impoſitas Confeſſariis pœnitentias, ac à pœnitentibus acceptatas commutabunt; cum non debeant, quod alii ædificarunt deſtruere. Omnes quapropter in Domino hortamur Confeſſarios, imò ipſis S. Obedientiæ præcipimus virtute, ut in hoc Pœnitentię adminiſtrando Sacramento, concorditer, quantùm poſſunt, & unanimiter agant: & potiſſima hæc eſt cauſa, has cur hìc noſtras apponimus Inſtructiones, quas Confeſſariis ab omnibus, alìàs ſint ipſo facto ſuſpenſi, volumus obſervari.

Certę quando Confeſſariis perſonæ reſtitutiones à Pœnitentibus faciendæ demandantur, à recipiente ſatisfactionem inquirant, ſcriptam ſcilicet fidem à ſe factæ reſtitutionis; quàm reſtituendi pro pœnitentibus obligationem rarò, & in caſibus non niſi urgentiſſimis capeſſere recuſent. Cum verò aliquandò incertorum pœnitentibus faciendæ incumbunt reſtitutiones, nequaquam ſibi eas Confeſſarius, nec ejus Eccleſiæ, ſub pœnâ ſuſpenſionis, ullatenus faciendas iniungat; at, incertorum, Nobis, bonorum, unius ultrà aurei valorem reſervamus diſpenſationem. Sì autem pęnitentes, ſe dam-

damnum Confeſſario aliquod intuliſſe, ob quod teneantur ad reſtitutionem, confiteantur, cum Judicem in propria eum eſſe cauſa non ſit æquum, ad alium eos Confeſſarium remittet; ſi id verò exerceri non poſſit, tunc ità ſe geret, ut nulla ſuſpicandi exiſtat occaſio, eum nimis, quæ ſua ſunt quærere, quàm quæ Dei valent animabuſque prodeſſe.

Confeſſarii, qui non ſunt ad reſervata deſtinati, antequam raró accedentis ad pænitentiæ Sacramentum, & præſertim ſibi ignotæ perſonæ, audire incipiant, Confeſſiones, eidem perhumaniter (ſi id factum rationabiliter judicaverint) ſe à Caſibus, & Cenſuris Pontificiis, & Epiſcopalibus abſolvendi, ſignificent facultate carere; & ſi quem hujuſmodi caſibus irretitum invenerint, nullo modo, ne quidem indirectè reſpectu reſervatorum, ſine urgenti abſolvant neceſſitate, ſed eos vel ad Confeſſarios, quibus poſſit abſolvi benignè remittant, vel ad eum abſolvendum facultatem expoſcant.

Inſtructio Parochorum, & Confeſſariorum pro Caſibus, quorum abſolutio, ſeù diſpenſatio à Sacrâ Pænitentiariâ Apoſtolicâ impetratur.

Cum ſæpè ſit experientiâ compertum, plurimos utriuſque ſexus Chriſtifideles, & precipuè in longinquis degentes, cenſurarum vinculis, votorum obligationibus, matrimoniorum impedimentis, nec non irregularitatum, & Caſuum quoquomodo reſervatorum ligaminibus adſtrictos, ad Sanctam Sedem, ejuſque

que Sacram Pœnitentiariam spectantibus irretitos in illis lacrymosè persistere, & continuis conscientiæ agitationibus laboriosè perdurare, cujus mali causas ex similibus provenire innotuit.

Primò, eò, quod Parochi, vel alii, ad quos hujusmodi Pœnitentes recurrere contingit, in Pagis, aut Locis ruralibus degunt, & viam, modumque recurrendi ad præfatam Sacram Pœnitentiariam ignorant, nec aliquem hic Romæ agnoscunt, ad quem supplicationes dirigant, undè Pœnitentes perplexos dimittunt; quibus, cùm ad Ordinarium accedendi (fœminis præsertim) verecundia, aut timor aditum intercludat, consilium alterius requirere nescientes, remedium desperant, & in prædictis vinculis, obligationibus, impedimentis, inhabilitatibus, & casibus reservatis, cum periculo damnationis insordescunt.

Secundò evenit, quod Pœnitentes egeni recognitionem pro solicitatione, & labore agentium, Romæ commorantium, exolvere non valentes, inconsolati, ac conscientiæ motibus concussi, in periculoso statu manere coguntur, & fortè [quod pejus est] sibi persuadent Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal aliquid lucri pro literis prædictis recipere, cùm reverà Sacræ Pœnitentiariæ Ministri, nec aliquid, quamvis minimum, nec etiam spontè oblatum unquam recipiant, & gratis omnia exhibentes, singulos ad se recurrentes, serenâ fronte complectantur.

Tertiò accidit etiam nonnunquam per inadvertentiam exponentium, ut gratiæ juxtà exposita obtentæ, irritæ evadant, eò quia casus, & circumstantias necessarias reticeant; undè fit, quod literarum

 exe-

executores, casu posteà Pœnitentium examinato, rem aliter se habere, quàm expressum fuerat, comperiant, & gratias subreptitias, aut obreptitias esse inveniant; quarè pœnitentes confusi remanent, & spe novæ dispensationis se carere putantes, in prædictis vinculis, obligationibus &c. miserabiliter remanent.

Quare gratum Deo, & utile Fidelibus futurum esse speratur, si iste modus recurrendi ad ipsam Sacram Pœnitentiariam proponatur.

Confessores itaque, cum Pœnitentes vinculis præfatis irretitos ad se accedere contigerit, casuum qualitates, & præfatorum casuum circumstantias, causasque dispensationum, aut commutationum exprimant, & caveant, ne quod occultum est, publicum faciant, præsertim impedimenta occulta matrimoniorum; nam publica, vel ad publicum redacta, non pertinent ad Sacram Pœnitentiariam.

Et sic præfati Confessores, seù Pœnitentes, poterunt Casus præfatos cum dictis circumstantiis, & causis exponere, sivè latino, sivè quocumque alio idiomate propria Regionis; nam Sacra Pœnitentiaria suos ex quacumque regione Pœnitentiarios subordinatos habet; & exprimant insuper, in fine expositionis casus nomen, cognomen, cui sit à Sacrâ Pœnitentiariâ rescribendum, etiamsi ipsum nomen, & cognomen sit fictitium. Itemque modum, per quem responsio secura dirigi possit, significando scilicet, vulgari nomine, oppidum, seù Civitatem, & Regionem, cum datâ Mensis, & Anni in hunc modum.

In-

Intus incipiant Epistolam, seù supplicationem sic.

Eminentiss., & Reverendiss. Domine

N. *Mulier emisit votum simplex Castitatis, manet in periculo incontinentiæ, nisi nubat: supplicat sibi votum commutari, ad effectum contrahendi Matrimonium.*

Terminent Epistolam, seù supplicationem sic.

Dignetur Eminentia vestra rescribere ad N. N., & exprimunt nomen, & cognomen, cui est rescribendum: Ad Civitatem N. exprimendo nomen Civitatis. Per oppidum N. exprimendo vulgari nomine nomen Oppidi. Et dirigere Breve, seù Gratiam simplici Confessario Magistro in Theologiâ, sivè Decretorum Doctori, sivè Parocho, cui Pœnitens aperuit suam Conscientiam, ne ipse Pœnitens, & præsertim fœmina cogantur circuimire pro executione Gratiæ Sacræ Pœnitentiariæ.

Dirigant Epistolam, seù supplicationem scribendo extrà seù à foris in hunc modum.

Eminentiss., & Reverendiss. D. D. Cardinali
Majori Pœnitentiario.

Romam.

Et si tardaverit responsio, Confessarii rescribant, ne fortè sit deperdita, & nunquam desperent Pœnitentes.

ET Layci quoniam, ut plurimùm idiotæ pro Missarum celebratione Eleemosynas tribuendo, vel pauperibus erogandas, flexibiles magis in-

tendunt reddere Confessarios in sibi pœnitentiis iniungendis; idcircò, ne per hujusmodi unquam Eleemosynarum largitionem benigniores, aut mitiores reddere audeant Confessarios; ne, prædicti tàm Sæculares, quàm Regulares, præcipimus, Confessarii, in hujus actu Sacramenti administrationis, eleemosynas pro Missis celebrandis, vel pauperibus distribuendas, & alias quascumque, sub privationis pœnâ facultatis audiendi Confessiones, ipso facto incurrendâ, audenter nullo pacto recipiant: Sed auditâ pro delictorum gravitate Confessione, ac Pœnitentis conditione, paternâ opportunas Charitate, adhibeant monitiones; Convenientem deinde habitâ status, conditionis, sexus, ætatis, Pœnitentiumve dispositionis ratione, iniungant satisfactionem. Curent nihilominus, ut contrarias, quantum fieri potest, peccatis imponant pœnitentias, avaris veluti Eleemosynas, humilitatis officia superbis, libidinosis, nempè jejunia, flagella, & mortificationem. Caveant insuper, pecuniarias ne pœnitentias sibi ipsis, vel propriæ ullo pacto applicent Ecclesiæ: Pro enormibus quantumvis peccatis publicas non pœnitentias imponere, admonemus. Ut autem se benè in pœnitentiis imponendis prò peccatis gerant Confessarii, Canones prius pœnitentiales opus est perlegisse; eorum quapropter hic compendium à D. Carolo exaratum, apponetur.

Compendium Canonum pœnitentialium ex instructione S. Caroli ad Confessores desumptorum, quorum cognitio Parochis, & Confessoribus necessaria est.

Contra primum Præceptum.

QUI Fidem Catholicam deserverit, Pœnitentiam aget annis decem.

Qui Diabolo immolaverit, in Pœnitentiâ erit annis decem.

Qui aliquam Gentilium superstitionem secutus fuerit, Pœnitentiam aget annos duos.

Qui comederit ex Sacrificio Paganorum, Pęnitens victitabit pane, & aquâ dies triginta.

Qui cum Judæo cibum sumpserit, pęnitens erit dies decem, pane, & aquâ victitans.

Qui auguriis, & divinationibus servierit, quive incantationes diabolicas fecerit, pęnitens erit annos septem.

Qui Magos consuluerit, in Pęnitentià erit annis quinque.

Qui herbas medicinales incantationibus collegerit, Pęnitentiam aget dies viginti.

Si quis ligaturas, aut fascinationes fecerit, pęnitens erit annos duos per ferias legitimas.

Con-

Contra Secundum Præceptum.

SI quis, postquam Deo voverit, ad sæculum redierit, Pęnitentiam aget Annos decem, quorum tres in pane, & aquâ.

Quicumque sciens pejeraverit, quadraginta dies in pane, & aquá, & septem sequentes annos pęniteat, & nunquam in testimonium recipiatur.

Qui periurium in Ecclesiâ fecerit, Pęnitentiam aget annos decem.

Qui sciens pejerat Domini implulsu, Pænitens erit Quadragesimas tres, & ferias legitimas. Dominus autem, quia præcepit, quadraginta dies in pane, & aquâ, & septem sequentes annos.

Si quis per cupiditatem periurium fecerit, Quadragesimam in pane, & aquâ jejunet, & quandiù vivit, omnes sextas Ferias; aut Monasterium ingressus jugi se Pœnitentiæ subdat.

Si quis coactus, & necessitate aliquâ impulsus, periurium commiserit, erit in Pęnitentiâ Quadragesimas tres.

Qui compellit alium, ut falsum juret, quadraginta dies in pane, & aquâ, & septem annis in pęnitentiâ erit.

Si quis jusiurandum, quo se Regi, & Domino astrinxerit, violaverit, in Monasterio Pęnitentiam aget omnibus diebus vitæ suæ.

Si quis jurejurando adstrinxerit, ut cum aliquo litiget, nec pacem cum eo habeat; pęnitentiam aget dies quadraginta in pane, & aqua, per annum à Sa-

cra

cra Communione segregatus, ad Charitatem verò celeriter redeat.

Si quis Deum, vel Beatam Virginem, vel aliquem Sanctorum publicè blasfemaverit, præ foribus Ecclesiæ diebus Dominicis septem, in manifesto, dum Missarum solemnia agantur, stet, & ultimo ex illis diebus, sine pallio, & calceamentis, ligatus corrigia circa collum, septemque praecedentibus feriis sextis in pane, & aqua jejunet, Ecclesiam nullo modo tunc ingressurus: recusans, Ecclesiæ ingressu interdicatur: in obitu, Ecclesiastica Sepultura careat.

Contra Tertium Præceptum.

QUI opus aliquod servile die Dominico, festove fecerit; pœnitentiam aget tres dies in pane, & aqua.

Qui die Dominico opus terrenum fecerit, dies septem Pœnitentiam aget.

Si quis ante Ecclesiam saltationes fecerit, Pœnitentiam aget diebus tribus.

Si quis pransus Missæ interfuerit, pœnitens erit dies tres in pane, & aqua.

Si quis Sacram Communionem sumpserit post aliquam, vel minimam degustationem, Pœnitentiam aget dies decem in pane, & aqua.

Si quis in Ecclesia confabuletur, cum Divina fiunt, pœnitens erit dies decem in pane, & aqua.

Si quis jejunia à S. Ecclesiâ indicta violaverit, Pœnitentiam aget dies viginti in pane, & aqua.

Qui in Quadragesima jejunium violaverit, pro uno die, Pœnitentiam aget dies septem.

In

In Quadragesima carne sine inevitabili necessitate vescens, in Pascha non communicet, ac prætereà à Carne abstineat.

Si quis jejunium quatuor temporum non custodierit, Pęnitens erit dies quadraginta in pane, & aqua.

Contra Quartum Præceptum.

QUI Parentibus maledixerit, quadraginta dies pęnitens erit in pane, & aqua.

Qui Parentes iniuria affecerit, tres annos.

Qui percusserit, annos septem.

Si quis contra Episcopum, & Pastorem insurrexerit, in Monasterio Pęnitentiam aget omnibus diebus vitæ suæ, & omnia bona ejus proscriptione publicentur.

Si quis Episcopi, vel Parochi doctrinam, vel præcepta irrideat, vel subsannet, aget in pane, & aqua Pęnitentiam dies quadraginta.

Contra Quintum Præceptum.

QUI Sacerdotem voluntariè occiderit, carne, & vino abstineat cunctis diebus vitæ suæ; quotidiè, exceptis Festis, Dominicisque, jejunet; non ingrediatur Ecclesiam quinque annis: sed prè ejus foribus flet, & per annos decem non communicet.

Si quis Presbyter Presbyterum occiderit, Pœnitentiam aget annos vigintiocto.

Si quis Patrem, aut Matrem, fratrem, aut soro-

rorem occiderit, toto vitæ suæ tempore non suscipiat Corpus Domini, nisi in obitu: abstineat à carne, & vino, dum vixerit, & jejunet feriis legitimis.

Qui filium suum, vel filiam voluntariè occiderit, extrà Patriam quinque annis exul fiat, deinceps viginti annis pęniteat.

Si qua mulier spontè abortum fecerit, Pęnitentiam aget tres annos: si nolens, quadragesimas tres.

Qui sceleris occultandi causa filium necaverit, pęnitentiam aget annos decem.

Qui nolens filium oppresserit, pęnitentiam aget dies quadraginta: deindè pęnitens erit tres annos per legitimas ferias.

Cujus parvulus sine Baptismo per negligentiam moritur, tres annos pęniteat.

Qui mortem sibi consciverit, pro eo nullâ in Missâ commemoratio fiat, & Ecclesiasticâ sepulturâ careat.

Quæ veneno, aut alio quovis modo, maritum peremerit, Monasterium ingrediatur.

Si quis spontè hominem occiderit, ad januam Ecclesiæ semper erit, & in obitu solùm Communionem recipiat.

Si quis per iram subitam, aut per rixam, hominem necaverit, pęnitentiam aget annos tres.

Si casu homicidium fecerit, pœnitens erit quadraginta dies, & post quinquennium ad Communionem recipiatur.

Si homicidii auctor fuerit ob consilium, quod dedit, Pęnitentiam aget annos septem.

Si quis aliquem calumniaverit, vel ei aliquod

 mem-

membrum præciderit, Penitentiam aget uno anno per legitimas ferias.

Si quis ictum Proximo dederit, nec nocuerit, id-est, absque vulnere, tres dies pęnitentiam aget in pane, & aquâ.

Si quis fratri suo, quem oderit, reconciliari non vult; tandiu in pane, & aquâ pęnitentiam aget, quoad reconcilietur.

Contra Sextum Præceptum.

SI solutus cum solutâ concubuerit, pęnitens erit annos tres: & quantò sæpiùs, tantò majori pęnitentiâ afficietur.

Uxor conscio viro, mæchata, in obitu solùm communicabitur; si dignam pęnitentiam egerit, post decem annos sacram Communionem sumat.

Si quis Coniugem fornicari consenserit, diebus omnibus vitæ in pęnitentiâ erit.

Vir solutus, si cum alterius uxore adulterium commiserit, Pęnitentiam aget annos quinque, mulier septem.

Si quis maritus semel lapsus est, Pęnitentiam aget annos quinque: si sæpius, omnibus diebus vitæ suæ.

Si quis adolescens cum Virgine peccaverit, pęnitentiam aget annum unum.

Qui balneum cum fæminâ ingressus est, Pœnitentiam aget annos tres: qui concupierit Virginem, quem posteà Uxorem duxit, pęnitentiam aget annum unum; si verò non duxit, annos duos.

Vi-

Vidua, quæ stuprum admiserit, Pœnitentiam aget annum totum, & prætereà in altero anno dies jejuniorum.

Cum duabus sororibus fornicatus, Pęnitentiam aget toto vitæ tempore.

Qui incestum minus fecerit, Pęnitens erit annos duodecim.

Quicumque Sacerdos spiritualem filiam violaverit, dignitatis honorem ammittet, & perpetuam Pęnitentiam aget.

Qui Monialem violaverit, Pęnitens sit annos decem.

Qui cum brutis coierit, Pęnitentiâ afficietur annorum decem, & diuturniori etiam pro Persona conditione.

Qui contra naturam coierit, si servus est, scopis castigabitur, & pęnitebit annos duos; si liber est, & matrimonio junctus, annos decem; si solutus, annos septem: pueri, dies centum.

Quicumque lenocinium exercuerit, Pęnitentiam aget annos duos, & Sacram Communionem non accipiet, nisi in fine vitæ.

Si qua mulier cerußâ, aliove pigmento se oblinivit, ut aliis viris placeat, Pęnitentia afficietur annorum trium.

Qui polluitur ob prava noctu desideria, septem Psalmos recitabit, & dies triginta Pęnitentiam aget.

Contra Septimum Præceptum.

QUI furatus est aliquid Ecclesiæ supellectilis, tres quadragesimas, cum septem sequentibus annis pœnitebit.

Qui Sacras Reliquias furatus est, septem quadragesimas jejunabit.

Qui pecuniam Ecclesiasticam furatus est, quadruplum reddet, & pęnitens erit annos septem.

Qui Ecclesiam incenderit, Pęnitentiam aget annos quindecim: similiter qui incendio consenserit.

Si quis Sepulchrum violaverit mala intentione, pęnitens erit annos septem.

Qui decimam sibi retinuerit, aut dare neglexerit, quadruplum restituet, & Pęnitentiam aget dies viginti in pane, & aquâ.

Qui hospitalis domus administrator aliquid de administratione subtraxerit, pęnitens erit annos tres.

Qui fregerit noctu alicujus domum, & aliquid ceperit, Pœnitentiam aget annum unum in pane, & aquâ.

Si quis furtum, de re minori semel, aut bis fecerit, restituta re, Pęnitentiam aget annum unum.

Qui rem inventam non reddit, furtum committit; idcircò tanquam de furto pęnitentiam aget.

Si quis usuras accipit, rapinam facit; ideòque Pœnitentiam aget annis tribus, uno in pane, & aquâ.

Omnes hæ pęnitentiæ pro furto datæ, semper præter restitutionem intelligendæ sunt.

Con-

Contra Octavum Præceptum.

QUI falsum testimonium præstiterit, toto vitæ tempore Communionem non suscipiet.

Qui falso testimonio consenserit, pęnitens erit annos quinque.

Qui Proximo falsum crimen obiecit, Pęnitentiâ afficietur, ut falsus testis.

Qui proximo detraxerit, Pęnitentiam aget dies tres.

Qui falsam stateram, mensuramque adhibuerit, pęnitens erit in pane, & aquâ dies viginti, præter restitutionem.

Falsarius in pane, & aquâ pęnitentiam agat quandiù vivit.

Si quis facilè detraxerit, falsumque in hoc dixerit, septem diebus jejunabit in pane, & aquâ.

Canones Pænitentiales pro septem peccatis Capitalibus.

CApitalia peccata, quæ principalia etiam vocantur, utpotè è quibus omnia vitia principium habent, sunt Superbia, seù Vanagloria, Avaritia, Luxuria, Invidia, Ira, Gula, & Acedia, seù Pigritia.

Pro Capitali, mortalique crimine, pęnitentia septem annorum indicitur, nisi peccati gravitas, & personæ status, graviorem, & diuturniorem pęniteutiam requirat.

Pro capitali crimine, pęnitentiam aget Laycus annos

annos quatuor ; Clericus quinque ; Subdiaconus ſex; Diaconus ſeptem ; Presbyter decem ; Epiſcopus duodecim .

Sacerdos imprudenter ebrius factus , pane , & aquâ pęnitentiam agat dies ſeptem ; ſi per negligentiam , dies quindecim jejunabit ; ſi per contemptum , dies quadraginta .

Diaconus , & alii Clerici pro Acediâ , pęnitentiam agent ſecundum judicium Presbyteri ; Monachus jejunabit menſes tres in pane , & aquâ : Clericus viginti dies ; Laycus graviter redarguetur , & ad pęnitentiam cogetur per Presbyterum .

Qui humanitatis gratia alium inebriare impulerit , eum ad bibendum excitando , pęnitentiam aget dies ſeptem : ſi per contemptum prohibitionis , dies triginta .

Qui præ ebrietate , & crapulâ vomitum fecerit ; ſi Presbyter, aut Diaconus, pęnitentiam agat dies quadraginta : ſi Monachus ſit , aut Clericus , dies triginta : ſi Laycus , dies quindecim , aut , ut legitur in alio Canone , à vino , & carne abſtineat dies tres .

Si quis gulæ causâ ante horam legitimam jejunium fregerit , duos dies pęnitentiam aget in pane , & aquâ .

Canones Pænitentiales pro aliis peccatis .

Sacerdos excommunicatus ſi celebrat , tribus annis pænitens ſit , per quos in ſingulis hebdomadis abſtinebit à carne , & vino ſecundâ , quartâ , & ſextâ feriâ .

Si

Si Presbyter in perpetuum depositus celebrare audeat, privetur Communione, usquè ad ultimam diem; & in excommunicatione est, Viaticum tantum in fine vitæ sumens.

Si Presbyter guttam Sanguinis Jesu Christi cadere sinat in terram, pænitentiam aget dies quinquaginta. Si ceciderit in primam Altaris mappam, dies duos. Si ad secundam pervenerit, dies quatuor; si ad tertiam, dies novem; si ad quartam, dies viginti. Si per inadvertentiam id fecerit, licèt nullum indè malum, aut scandalum ortum sit, tribus mensibus à sui muneris administratione amoveatur.

Qui sciens se rebaptizandum curaverit, si quidem per hæresim tale flagitium perpetrarit, pænitentiam agat annos septem, tres quadragesimas primi anni jejunet in pane, & aquâ, & quartâ, & sextà feriâ aliorum annorum.

Si propter Purificationem se rebaptizandum curaverit, Pænitentiam aget annos tres; si per ignorantiam, non peccat quidem; nihilominus non promoveatur ad Sacros Ordines, licèt excellens, & eximius videatur.

Si Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus se rebaptizandum curaverit, per totam vitam pænitentiam agat.

Clerici, Monachi, & Monachæ, sponte sua per hæreticos rebaptizati, pænitentiam agent per annos duodecim.

Presbyter, qui clandestinis Sponsalibus interfuerit, suspendatur ab officio suo per annos tres.

Presbyter, qui mortuum Corpus Altaris Mappis

pis involuerit, pœnitentiam aget annos decem, & menses quinque; Diaconus autem annos tres, & menses sex.

Qui legata pia Ecclesiæ non solvit, uno anno pœnitens sit, & per legitimas ferias jejunet.

Qui sui sexus habitum mutaverit, pœnitentiam aget annos tres, promittens emendationem.

Infirmos, & in carcere detentos visitare negligens, pœnitentiam aget dies decem, pane, & aquâ victitans.

Ut intelligantur hæ pœnitentiæ per Canones Pœnitentiales impositæ, scire juvat, ut ait S. Carolus, qui Canones Pœnitentiales collegit in instructionibus datis Confessariis, quòd tempus pœnitentiæ antiquitus exprimebatur per certum dierum numerum, aliquandò per quadragesimas, & aliquandò per annos.

Cum pœnitentia indicebatur per certum dierum numerum, v. g. decem, viginti, aut triginta, jejunari solebat illis diebus sine intermissione in pane, & aquâ.

Cum verò indicebatur per quadragesimam, jejunabatur pariter per spatium dierum quadraginta in pane, & aquâ, & præter id jejunii tempus, sæpè ibant nudis pedibus; non armis, non matrimonio utebantur, nec lineis vestibus, & soli cibum sumebant.

Quod si plures Quadragesimæ intra eundem annum indicerentur, redigi solebant ad tres; quorum prima erat ante diem Nativitatis Domini, altera ante Pascha Resurrectionis, tertia ante diem festum S. Joannis Baptistæ. Per has quadragesimas jejunabat pœnitens pane, & aquâ, feriis tantùm legitimis, quo no-

nomine intelliguntur feria ſecunda, quarta, & ſexta.

Denique, quando pœnitentia imponebatur ad unum, aut plures annos in unâquâque hebdommadâ tres dies, id eſt, ſecundâ feriâ, quartâ, & ſextâ in pane, & aquâ pœnitens jejunabat primo anno; Feriâ verò tertiâ, quintâ, & Sabbato, uti poterat piſciculis, fructibus, oleribus, & leguminibus, & cerevifiam bibere: diebus autem Dominicis, & Feſtis Nativitatis Epiphaniæ, & per totam octavam Paſchæ, jejunare non tenebatur.

Pœnitentia ſecundi anni talis erat, ut hos duos dies, id eſt, ſecundâ, & quartâ Feriâ, eodem modo viveret ac reliquis diebus; ſed feriâ ſextâ jejunabat in pane, & aquâ, & tres ſervabat Quadrageſimas. Si plures prætereà eſſent anni Pœnitentiæ, tres tantùm ſervabantur Quadrageſimæ.

Præfatorum etiamsì rigor Canonum pœnitentialium, Fidelium fervore refrigeſcente, ſit remiſſus, ſtudeant nihilominus Confeſſarii, ſe illis, iniungendis pœnitentiis, quantum licuerit conformare; de rigore quapropter canonicarum Confitentes pęnarum admoneantur, ut canones Confeſſariis pœnitentiales, mandamus, non ignorent; cum profectò ſint quaſi iſti regulæ quædam, mediantibus quibus ab ipſis culpæ commiſſæ pœnitentibus dignoſcitur gravitas, facinora ſicque facilius deteſtabuntur commiſſa, cum de veteri pœnitentes Eccleſiæ ſeveritate doceantur, atque horrore concepto erant quam maximè alieni à ſceleribus perpetrandis. Horum autem pœnitentialium Canonum ſeveritatem pro temporum receptâ poſteriorum conſuetudine,

 ex

ex Ecclesiæ indulgentiâ Catholicæ, aliis pro satisfactione bonis operibus, omnes curent Confessarii mitigare, quod prudenti eorum judicio, pro peccatorum qualitate, pœnitentium viribus solamen afferendo, arguendoque valeant exercere.

Adeò Custodes tandem existant Confessarii, & sigilli Confessionis depositarii, ut illud, nec in gravissimis etiam Reipublicæ periculis directè, vel indirectè audeant aperire, vel frangere; in quo servando eâ polleant circumspectione, ut in Concionibus, sermonibus, vel Colloquiis privatis, præcipuè cum Parocchianis, neque etiam tacitis nominibus, in quidquam eorum, quæ in Confessione audierunt, ullo vel verbo, vel signo, vel nutu, aliove modo detegendo, referendo, vel narrando ullo pacto commoventur; sed quæ auribus fiidelibus perceperunt, perpetuo comprimant silentio, ne ullam Laycis suspicionem, & huic irreverentiam inferant Sacramento: adeòque sint memores Confessarii, quod in Sigilli violatione parvitas, ut est ferè communis Theologorum sententia, materiæ non datur, *apud Castrop. p.4. trac.23. punc.19. §. 1. num.12.* Hinc memor illius sit Confessarius sententiæ: *illud quod per Confessionem scio, minus scio, quàm illud, quod nescio.* Quapropter, quod ad Sigillum tenetur Confessarius, licet non absolverit pęnitentem, consideret, & quâcumque causâ, immò nec se talem non absolvisse dicere potest pænitentem, nisi addat, quià materiam non sufficentem exhibuit, nam sic pęnitens laudatur. Item Sigillum frangit Confessarius, si absque pęnitentis licentiâ de peccatis in Confessio-

ſione auditis,ſecum alloquitur. Nullus itaque Confeſſarius hujuſmodi præſumat violare Sigillum,quod ſi temerario, ſacrilegoque auſu secùs fecerit, graviſſimas in Sacris Canonibus, atque Conſtitutionibus Apoſtolicis contentas pœnas, aliaſque nullatenus etiam Corporales effugiet Noſtro arbitrio infligendas.

Hoc ut autem tam ſublime, & grave officium abſque Sigilli fractionis periculo, & cum eo animarum fructu, ad quem hoc eſt inſtitutum Sacramentum, poſſit exerceri, Confeſſarios omnes, & præcipuè Parochos monemus, & in Domino hortamur, ut quàm fieri poſſit, filiorum familiaritatem ſpiritualìum ipſi evitent, & mulierum præſertim illarum collocutionem, niſi gravi urgente neceſſitate fugientes, tuncque tantâ, taliqne gravitate, morumque integritate ſeſe exhibeant, ut ab omnibus tanquam viva bonitatis exemplaria obſerventur. *Ubi pro Monialium Confeßariis hujus locum addictio Decreti Congreg. Epiſcoporum, & Regularium de anno* 1684. *Maii ſibi proprium vindicat locum, quod eſt: Monialium Confeſſarius Regularis extra præciſam officii ſui neceſſitatem, non poteſt Moniales alloqui, aliter pœnas incurrit, & committit peccatum mortale.*

C A P. XI.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

HUjus est solus Sacramenti Minister Sacerdos, nec tamen quilibet sacro Presbyteratus ordine insignitus extrà necessitatis casum potest licitè illud ministrare, nisi, vel sit proprius ægrotantis Parochus, vel ab eodem generaliter, vel specialiter delegatus, cum Ordinarii facultate jam Parochis demandatâ. Hinc nullus etiam regularis Sacerdos, qui Parochus non existat hoc ministrare audeat Sacramentum, nisi in casu absente Parocho necessitatis, vel de ejus saltem tacitâ licentiâ: Extra cæterum necessitatis casum nec Parochus nostrà absque facultate ad hoc ministrandum Sacramentum alium potest Sacerdotem deputare, qui secus fecerit, sit ipso facto suspensus. Regulares verò omnes, qui Clericis, vel Laycis Unctionis extremæ Sacramentum, sine nostrâ speciali Parochis concedendâ licentiâ ministrare presumpserint, Excomunicationis Sententiam ipso facto S. Sedi reservatam, ut in Clementinâ *Religiosi de privileg. & excessib. privilegiat.* incurrant.

Sacrum Infirmorum Oleum Pontificali sanctificatum consecratione, & in singulos annos veteribus cum abstergente gossypio combustis, eorumque cineribus in Sacrario repositis, renovandum, Parochi omnes ab Ecclesiâ Nostrà Cathedrali singulis annis, vel per se, vel per Ecclesiâsticam Perso-

ſonam accipiant, quod decenti loco, ut in cap. de Sacramentis inſinuavimus, diligenter cuſtodiant. Hinc omnibus præcipimus Parochis, quod infra menſem, ubi non eſſet armariolum in Eccleſiâ à cornu Evangelii, & ibi cum ſerâ, & clavi conſervetur, ſub pœnâ duorum contrafacientibus aureorum provideant.

In hujus Sacramenti adminiſtratione, quam ſuperpelliceo, & Stolâ induti violaceâ peragere debent Sacerdotes, aſſiſtente quoque Clerico, ſi fieri poteſt; & cereâ ſaltem ardente candelâ, ejuſdem Sacramenti formam à S. Romanâ Eccleſiâ adhibitam, vel ad ſingulas unctiones integram, vel urgente mortis periculo univerſis ſimul compendiariè accomodatam, præviaſque, ac ſubſequentes precationes, ritus, ac cęremonias à Rituali recitent præſcriptas Romano, & omnia obſervent accuratè, prout in Regulis, Rubriciſque ejuſdem Ritualis fusè, diſtinctèque docentur; ſecùs facientes graviſſimè pro delicti qualitate plectentur.

Suum cæterum officium Parochi ad Populorum ſedulò, ſolertèque impleant ſalutem, hujus vim, ac efficaciam frèquenter explicent Sacramenti, ut ejuſdem etiam benè valentes, deſiderio accendantur, quo in mortis mereantur articulo tanto dignè Sacramento roborari. In ejuſdem verò præſertim ægrotum doceant adminiſtratione, quid accipiat; & ne quſquam per Sacerdotis iniuriam abſque eo decedat, Parochis diligentiam omnem, & curam inviſendi, & aſſiſtendi infirmis, nè tàm grave ipſis afferant præjudicium, & ſic divinam ultio-

tionem, nostrasque severissimas poenas effugiant, rigorosè præcipimus.

Vocatus itaque Parochus, ad hoc ministrandum Sacramentum, debitâ cum reverentiá sacri Olei vasculum juxtà præscriptum Ritualis in bursâ sericâ ad collum appensâ, diligenter asportet; nec ullâ sciat temporis, frigoris, procellæ, aut itineris difficultate, se excusatum censeri; quin sine morâ, & promptè ad infirmum accedere debeat. Sciat Parochus quod eodem morbi durante periculo, non iterum Infirmus inungetur; Si prudenti tamen consideratione, aut Medicorum judicio, extra mortis discrimen constitutus, in diverso iterùm, ac distincto novo moriendi periculo constituatur, poterit inungi. Pueri rationis usu carentes, ultimo damnati supplicio, puerperæ hoc non recipiant Sacramentum, quod nec interdicti tempore ministretur; quapropter iis dumtaxat conferatur, qui usum sunt adepti rationis, & vita quorum periclitatur ex morbo; in quorum etiam numero senes, qui præ senio deficiunt, amentes, ac furiosi, qui aliquando sanæ mentis fuerunt, existunt: itidem frenetici, excluso irreverentiæ periculo, & etiam Infirmi omnes, si piè vixerunt sensibus destituti; illis verò, qui in manifesto peccato mortali decedunt, omninò denegetur.

CAP.

CAP. XII.

De Sacramento Ordinis.

PRævia prima clericalis Tonſura,quà idonei ad Sacramentum Ordinis licitè, & ritè ſuſcipiendum efficimur, atque in ſortem Domini vocamur, Forique, & Canonis privilegia ſortimur, ſeptem ordinum gradibus, videlicèt Oſtiariatu, Lectoratu, Exorciſtatu, Accolytatu, Subdiaconatu, Diaconatu, & Præsbyteratu, unum dumtaxàt, & ratione finis, & ratione perfectionis, Sacramentum perficientibus, ad Sacerdotium nos evehit. Et quoniam Sacroſancti Concilii Tridentini Patres, quęcumque ad rectam Sacrorum ordinum collationem, ſuſceptionem, & exercitium ſpectant, adeò providè, & accuratè ſanxerunt, ut nihil Nobis ſit addendum, nec quidquam ſit reliquum, quàm ejuſdem Concilii Decretis obtemperare; propterеà omnia, & ſingula ab eàdem Generali Synodo de Ordinum collatione, ac ſuſceptione diſpoſita, & deinceps Apoſtolicis literis declarata, aucta, vel ſuppleta, omninò impleri, & inviolabiliter exequi, ſub pœnis inibi inflictis, aliiſque arbitrio noſtro declarandis, præcipimus, & mandamus.

Quibus omnibus dumtaxat addendum judicamus ſequentem inſtructionem, quam inviolabiliter ab omnibus reſpectivè ſub pęnâ ſuſpenſionis obſervandam ſtrictè mandamus.

In-

Instruzione de requisiti per la Tonsura, e ciascheduñ Ordine Ecclesiastico.

Per la Clericale Tonsura.

1. LA Fede del Battesimo, perchè costi dell'età almeno di sette anni.

2. La Fede della Cresima, ovvero il deposto estrajudiciale di due testimoni.

3. La Fede giurata del proprio Paroco de vitâ, & moribus.

4. La Fede del proprio Paroco di avere frequentato la Dottrina Cristiana.

5. L'attestato de legitimi Natali.

6. Per i maggiori d'anni 14. l'attestato di non avere contumacia nel foro laicale per cause criminali.

Per ciaschedun' Ordine Minore, ovvero per tutti.

1. LA testimoniale della Tonsura, o dell'ordine già ricevuto.

2. La fede del Maestro sopra l'attuale applicazione degli studi.

3. La fede del servizio prestato alla Chiesa.

4. La Fede giurata del proprio Paroco de Vitâ, & Moribus.

5. La Fede del Paroco di avere usato l'abito Clericale colla Tonsura.

6. La Fede del Paroco di avere frequentato la Dottrina Cristiana.

7. La Fede degl' Esercizi Spirituali.

Per

Per l' Ordine del Suddiaconato.

1. IL Titolo del Beneficio, o Patrimonio di annua rendita di Scudi trenta.

2. La fede del Paroco della publicazione fatta *inter Missarum Solemnia*, e delle denunzie fatte sopra gl' impedimenti Canonici.

3. La testimoniale dell'ultimo Ordine ricevuto.

4. La fede del Battesimo.

5. La fede del servizio prestato alla Chiesa, ed' avere esercitato gli Ordini, ed' avere portato l'Abito, e Tonsura.

6. La fede giurata del Paroco de Vita, & Moribus.

7. La fede della frequenza de' SS. Sagramenti.

8. La fede del Paroco di essere intervenuto sempre alla Dottrina Cristiana.

9. La fede del Maestro di avere applicato agli studi, e del profitto fatto in quelli, e la fede degli esercizi Spirituali.

Per il Diaconato.

1. LA testimoniale dell'Ordine del Suddiaconato già ricevuto.

2. La fede delle denunzie fatte nella Parocchia.

3. La fede del Servizio prestato alla Chiesa, d' avere esercitato l' Ordine del Suddiaconato, e di avere usato sempre l' Abito Clericale, e la Tonsura.

4. La fede giurata del Paroco de vita, & moribus.

5. La fede della frequenza de' SS. Sagramenti.

6. La fede del Maestro sopra l'attuale applicazione agli Studj, e del profitto in essi.

7. La fede di essere intervenuto sempre alla Dottrina Cristiana, e degl'Esercizj Spirituali.

Per l' Ordine del Presbiterato.

1. La testimoniale dell'Ordine Sacro del Diaconato.

2. La fede del Battesimo, perchè costi dell'età di anni 25. incominciati.

3. Tutti gl'altri requisiti notati sopra per il Sagro Ordine del Diaconato.

Ut hæc omnia commodius, & uniformiter ab iis, ad quos spectat, adimpleantur, sciant, quod omnes prædictæ attestationes suo debent esse juramento firmatæ, ut in his sequentibus apponendis formulis melius patebit, quibus omnes uti indispensabiliter debent. His exaratis, literæ etiam Apostolicæ subscribentur spiritualia præcipientes exercitia; deinde alia Decreta, sivè literæ Apostolicæ hunc ad propositum pertinentes.

For-

Formulæ Literarum Testimonialium, quæ exhiberi debent juxtà quod in supradictis requisitis pro quolibet Ordine præscribitur.

Forma testimonii de Vitâ, & Moribus.

EGo infrascriptus Parochus Ecclesiæ N. testificor N. N. ex meâ Parochiâ christianè esse educatum, vitæ integritate, & honestis moribus præditum, quantum humana fragilitas nosse sinit, & patitur. In quorum fidem hoc testimonium meo interposito juramento propriâ manu subscripsi, & mei sigilli impressione munivi die Mensis Anni

Ita est Ego N. N. Parochus.

Forma testimonii de frequentatione Doctrinæ Christianæ.

EGo infrascriptus Parochus Ecclesiæ N. testificor N. N. assiduo exercitio, vigilique labore ad ipsam Doctrinam Christianam incubuisse in hâc meâ Ecclesiâ Parochiali usque ad diem Mensis Anni (si autem sit in aliquo Sacro Ordine constitutus addatur,) & eam puerulis edocendo, mihi auxilium præbuisse. In quorum fidem hanc testimonialem literam meo interposito juramento propriâ manu subscripsi, & mei sigilli impressione munivi die Mensis Anni

Ita est Ego N. N. Parochus.

Forma teſtimonii de frequentatione Sacramentorum.

EGo infraſcriptus Parochus Eccleſiæ N. teſtor N.N. frequenter, & in ſpecie omnibus temporibus per Synodalem conſtitutionem ſtatutis Sacroſanctæ Eucharistiæ pabulo refectum fuiſſe. In quorum fidem has præſentes literas teſtimoniales, interpoſito etiam juramento propriâ manu ſubſcripſi, & mei ſigilli impreſſione munivi die Menſis Anni

Ita eſt Ego N. N. Parochus.

Forma teſtimonii Magiſtri Scholæ.

EGo infraſcriptus Ludimagiſter, qui approbatus, & jam emiſsâ Fidei Profeſſione doceo N. in Parochiâ Civitatis, vel Oppidi N. teſtificor N.N. meum Gymnaſium modeſtè frequentare, eſſe adoleſcentem bonæ indolis, ac probatæ vitæ, & Chriſtianè educatum in ſtudiis ſatis proficientem. In quorum fidem has literas meo interpoſito juramento propriâ manu ſubſcripſi, & meo ſigillo munivi die Menſis Anni

Ita eſt Ego N. N. Ludimagiſter.

Forma teſtimonii de Ordinum functionibus exercitis.

EGo infraſcriptus Parochus Eccleſiæ N. teſtor N.N. ad Ordinem N. promotum, & dictæ Eccleſiæ adſcriptum, ut in eâ ejuſdem Ordinis ſuſcepti functiones exerceret, ad præſcriptum Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi

ſimi

ſimi D. D. Epiſcopi noſtri, idem munus diebus Dominicis, & Feſtis decenter, & laudabiliter obiiſſe, nec non meæ Eccleſiæ exactam ſervitutem præſtaſſe. In quorum fidem præſentes literas teſtimoniales, interpoſito meo iuramento propriâ manu ſubſcripſi, & ſigilli mei impreſſione munivi die Menſis Anni

Ita eſt Ego N. N. Parochus.

Forma teſtimonii de Tonſurâ, & habitus Clericalis delatione.

EGo infraſcriptus Parochus Eccleſiæ N teſtor N. N. ad Ordinem N. promotum, vel dumtaxat Tonſurâ initiatum ſemper inceſſiſſe cum decenti habitu Clericali, & Tonſurâ, juxtà Edictum Vitæ, & honeſtatis Clericorum in noſtrâ Synodo emanatum. In quorum fidem præſentes literas teſtimoniales, meo interpoſito iuramento propria manu ſubſcripſi, & meo ſigillo munivi die Menſis Anni

Ita eſt ego N. N. Parochus.

Forma teſtimonii Exercitiorum Spiritualium peractorum.

EGo infraſcriptus Sacerdos N. teſtor N. N. per decem non interruptos dies ſub meâ directione in Sanctis Spiritualibus Exercitiis ſe ſe piè, & laudabiliter exercuiſſe, ad mentem Conſtitutionis Alexandri VII. nec non. Decret. Sac. Congreg. Epiſ., & Regul. juſſu San. Mem. Innoc. XI. 9. Octob. 1682. In quorum fidem has teſtimoniales literas medio juramento propriâ ma-

manu subscripsi, meoque Sigillo firmavi die Mensis Anni

Ita est Ego N. N. Sacerdos.

Formula della denunzia che doverà fare il Paroco per l' Ordinando in Sacris.

D'*ordine dell' Illustrissimo, e Reverendissimo D. Eusebio Vescovo di Massa, e Populonia si fà intendere a tutti, e ciascheduno, qualmente nella prossima ordinazione N. N. figliuolo di N. N. abitante in questa Parocchia, desidera esser promosso al Sagro Ordine N. a titolo di N.; però se alcuno sapesse, o avesse notizia di qualche impedimento canonico, si esorta a volerlo denunziare, e manifestare a me, secondo la propria coscienza: & per tale effetto sentiranno ora tutti quali siano gl' impedimenti canonici.*

Si proibisce da Sacri Canoni, e Concili l' ammettersi agl' Ordini Sagri, chi manca dell' uso della ragione. Chi non ha l' età sufficiente, che per il Suddiaconato ha da essere d' anni 22. per il Diaconato di anni 23., e per il Presbiterato di anni 25. almeno incominciati. Chi è delinquente, Neofito, cioè venuto di poco alla Santa Fede. Illegitimo, senza dispensa della S. Sede Apostolica. Simoniaco, publico Usurajo, Concubinario, Condannato per causa di spergiuro. Contumace della Corte. Infame. Commediante. Buffone. Schiavo. Omicida, e Mutilante, e coloro, che alla mutilazione de membri, o all' omicidio anno dato causa. Soldati di guerra, dove sia seguita morte di Persone. Ufficiale Criminale nel foro Secolare, e quelli,

li, che si sono sottoscritti, e trovati presenti agl' Atti criminali, da quali ne sia seguita sentenza Capitale: Quei, che anno fatto penitenza publica. Quegli, che non bevono vino. Bigami, cioè quelli, che anno avuto due mogli, o una sola vedova. Coniugati. Spiritati. Soggetti a mal caduco. Quelli, che anno qualche difetto notabile nel corpo. I promossi per salto, e senza legittima età, o senza licenza de' loro Ordinari. Gli obbligati a render conto di qualche Amministrazione. I debitori di somme considerabili, gli Scommunicati, sospesi, o interdetti.

Supradictæ Formulæ Literarum Testimonialium separatim pro singulis Ordinandorum requisitis accommodatæ, sic præmissæ fuerunt, cùm sæpè contingat non ab uno, & eodem Parocho, sed à pluribus, iisque in diversis locis degentibus fieri debeant; quia nimirum ordinandus in uno loco fuit baptizatus, in alio nunc habitet: in unâ Ecclesiâ sibi assignatâ functiones ordinum exercuit, in alterâ Doctrinam Christianam docuit, in aliâ Sacram Eucharistiam statis temporibus sumpsit &c. At quando Parochus facilè potest prædictorum omnium requisitorum sufficientem notitiam habere, sat erit plura in uno requisita colligere; quapropter duximus hujus generis formulas hìc subnectere.

For-

Forma Testimonialium Parochi pro initiando primâ Tonsurâ.

Ego infrascriptus Parochus N. Ecclesiæ N. præsentibus literis medio juramento testor N. N. filium N. N. meæ Parochiæ esse natum ex legitimo Matrimonio, prout constat ex Libro Baptizatorum, in quo sic scriptum habetur.

Hìc ponantur ipsa verba libri Baptizatorum prout jacent.

Item testor fuisse confirmatum ab Illustrissimo, ac Reverendissimo D. N. N. Episcopo, ut liquet ex libro Confirmatorum:

Hìc pariter ponantur verba dicti libri.

Item morum, ac vitæ integritate commendari. In quorum fidem propriâ manu subscripsi, Sigillo meo munivi die Mensis Anni.

Ita est Ego N. N. Parochus.

Forma literarum testimonialium pro initiando Ordinibus Minoribus.

Ego infrascriptus N. Parochus Ecclesiæ N. his præsentibus literis medio juramento testor N. N. meæ Parochiæ assignatum in collatione Clericalis Tonsuræ, functiones sui Ordininis exercuisse, & Ecclesiæ meæ servitium impendisse, & temporibus præscriptis Sacram Communionem sumpsisse; habitum, & Clericalem Tonsuram gestasse; ac probis moribus præditum esse, assiduâque suâ operâ me adjuvare in Doctrinâ Chri-

Christianâ tradendâ. In quorum fidem propriâ manu subscripsi, & Sigillo meo munivi die Mense Anno
Ita est Ego N. N. Parochus.

Forma literarum Testimonialium pro initiando Ordinibus Sacris.

EGo infrascriptus Parochus N. Ecclesiæ N. his præsentibus literis medio meo juramento testor N.N. promotum ad Ordines Minores, & meæ Ecclesiæ assignatum, ut in eâ functiones sui Ordinis exerceret, prædictas functiones exercuisse, necnon servitium præbuisse, sacramque Eucharistiam statis temporibus sumpsisse; meque denunciasse in Ecclesiâ inter Missarum Solemnia ejus nomen, & voluntatem Sacrum Ordinem N. suscipiendi, nullumque Canonicum impedimentum detegisse; item me curasse, ut certior fierem de Natalibus, vitâ, ac moribus ipsius, quem idoneum esse existimo, qui ad prædictum Ordinem Sacrum admittatur. Insuper testificor eum mihi assiduam operam navare in Doctrinâ Cristianâ tradendâ, semperque habitum, & Clericalem Tonsuram detulisse, natumque ex iis Parentibus honestis, ut ex Libro Baptizatorum constat.

Hic ponantur verba præcisa dicti Libri.

In quorum fidem propriâ manu subscripsi, & sigillo meo munivi die Mensis Anni
Ita est Ego N. N. Parochus.

Forma literarum Ludimagiſtri pro Ordinandis.

EGo N. qui approbatus, & emiſſâ Fidei Profeſſione doceo Grammaticam (ſeu alias ſcientias) in Parochiâ N. Civitatis, vel Oppidi N. medio juramento fidem facio N. N. qui ad primam Clericalem Tonſuram, ſive ad Ordinem N. admitti cupit, meum Gymnaſium modeſtè frequentare ſolitum eſſe, & bonæ indolis, boniſque moribus præditum, & Chriſtianè educatum eſſe, ac in literis non pœnitendos progreſſus feciſſe. In quorum fidem propriâ manu ſubſcripſi, & ſigillo munivi die Menſis Anni

Ita eſt Ego N. Præceptor.

Inſuper omnes monemus illos, quibus fides, atque atteſtationes exarare pertinebit, uti Parochis, Magiſtris &c. quod omnem in re tanti momenti, attentionem, fidelitatemque neceſſariam, omni affectu, vel deſiderio poſtpoſito, nullum precibus, vel perſonarum acceptioni aditum referantes, ſed intrepidè ſupradictas non benemeritis atteſtationes denegantes, adhibere tenentur; quod ſi aliquis vel paſſione, vel humanâ circumſpectione detentus in Noſtrorum Ordinum executione, fidelitatem à ſe, ſinceritatemque proſcripſerit, Noſtro ſeveriter Arbitrio, ac multò ponderoſiori pœnâ à Domino noſtro plectetur.

Let-

Lettera della Sacra Congregazione sopra i Vescovi, e Regolari, intorno agl' Esercizj Spirituali da farsi dagl' Ordinandi, e dalle Monache.

LA Santità di N. Signore, che con paterna sollecitudine, riflette del continuo a tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute dell' anime, conoscendo col suo Santo Zelo quanto sia necessario un precedente devoto raccoglimento di spirito per degnamente prepararsi, tanto a' Promovendi, al ricevimento degl' Ordini, quanto, rispetto alle Spose di Cristo, al vestire l'abito, e al professare lo stato religioso, vuole, e comanda, che tutti i Promovendi agl' Ordini Sacri, debbano per dieci giorni continui avanti l' Ordinazione, ritirarsi a fare gl' Esercizj Spirituali, nell' istessa conformità prescritta a' Promovendi in Roma nella Cost. 126. *della S.M. d'Alessandro VII., che comincia* Apostolica solicitudo &c., *e che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monastero, benchè soggetto a' Regolari, siano tenute fare i detti Esercizj per dieci giorni avanti, che ricevano l' Abito, e siano ammesse al Noviziato, e che parimente i medesimi Esercizj si debbano ripetere per l' istesso spazio di dieci giorni, avanti che siano ammesse alla Professione, alla quale la Santità Sua comanda, che non debbano essere ricevute, se prima non averanno adempita questa santa preparazione. Desidera in oltre Sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, e con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache*

Professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimerà opportuno, faccino i medesimi Esercizj, per la rinnovazione dello Spirito, tanto necessaria a chi, con essersi rinchiusa ne' Sacri Chiostri, deve professare lo stato di perfezione. Si compiacerà per tanto V. E. di dare esecuzione a comando sì Santo di Sua Beatitudine, mentre per fine le bacio umilmente le mani.

Roma 9. Ottobre 1682.
Di V. E.

Umiliss., e Devotiss. Ser.
C. Card. Facchenetti.
B. Panciatichi Secr.

Literæ circulares S. Congr. Concilii, super Patrimonio Ordinandorum.

E*Tsi Sacri Concilii Tridentini Decreto* Cap. 2. Seff. 21. de ref. *caveatur, ne quis Clericus Sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & ætate ad Sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere; patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate Ecclesiarum suarum; temporis tamen cursu animadversum est nonnullos Episcopos ab hâc ordinandi norma absque ullo discrimine deflexisse, passim quoscumque ad Patrimonii titulum ad Sacrum Ministerium admittendo, quantum ex hoc jactura in Ecclesiasticâ disciplina acceptum fuerit, manifestum est. Qua-*

Quare Sanctiss. D. N. suo insigni Zelo malis hujusmodi providè obviaturus, prædictæ dispositionis exactissimam observantiam in Urbe in primis instauravit, deindeque per hasce circulares literas Ordinariis omnibus S. Tridentini in memoriam reduci mandavit, quatenus omnes illud sanctè custodiant, sciantque non aliter quem ordinandum ad titulum Patrimonii, vel Pensionis, nisi cum Ecclesiæ necessitas, vel Commoditas ità exigat, qua in re prudentes Ordinarii, timoratumque judicium versari debebit. Em. igitur Vestra Sanctitatis suæ exemplo, & mandato sese conformare non gravabitur; & E.V. manus humillimè deosculor. Romæ 13. Maii 1679.

Em. V.

Humillimus, & Addictiss. Ser.
F. Card. Columna Pref.
S. Archiep. Brancaccius Sec.

Decreta Congregationis ab Innoc. XII. specialiter deputatæ super moderatione Indultorum suscipiendi Ordines extrà Tempora à Jure Statuta.

S*Anctiss. Dominus N. Innocentius Papa XII. pro Pastorali suo in commissum sibi Gregem Dominicum Zelo, ac tuendæ disciplinæ Ecclesiasticæ studio prospicere volens, ne Indulta suscipiendi, extra Tempora à Jure statuta ordines nimis facilè concedantur, Congregationi particulari E.E. D.D. Cardinalium Carpinei, Casanatis, Marescotti, Colloredi, Panciatichi, & Albani, nec non Illustrissimorum D.D. Sperel-*

relli, Ciampini, Sacripantis, meique Secretarii infrascripti specialiter deputatæ, expendendas commisit causas, ex quibus præfata indulta tribui solent, ut Sanctitati Suæ referri posset, quæ ratio deinceps ineunda, modusque adhibendus videretur in concessione similium Indultorum.

Quæ quidem Congregatio in ędibus præfati Eminentissimi Carpinei die 10. *Novembris, atque iterum* 7. *Decembris Anni currentis habita, re maturè discussâ, censuit Indulta hujusmodi, si Sanctiss. placuerit, concedi posse ex causis infrascriptis, videlicet.*

Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri, etiam perpetuo beneficio, quod obtinet, vel Capellaniæ ad vitam sibi concessæ per seipsum inservire possit. Ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus. *Ob solatium Patris, vel Matris, dummodò quinquaginta ętatis annos excedant, & Orator, saltem per triennium, in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendariis utriusque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Ecclesiæ, eorumque Coadiutoribus, Magistris, seù etiam Baccalaureis in Sacrâ Theologiâ; Doctoribus utriusque, vel saltem Canonici Juris, seù Licentiatis, dummodo singulos præfatos Gradus in publicâ, & approbatâ Universitate obtinuerint. Illis etiam, qui saltem per triennium sedulam Theologiæ Studiis operam navaverint, ac tandem vigesimum sextum ætatis annum excedentibus, si per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerint.* E

Econtrà censuit non expedire, ut eadem indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus Literarum Apostolicarum scriptor sit, seù Magister in Artibus, Nobilis, aut Præsens in Curiâ, vel quod Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cuius servitii titulum ex Apostolico indulto Clerici ordinare possunt, aut onus Missarum, non tamen ex Beneficio Ecclesiastico provenienss, habere se doceat.

Insuper censuit, Indulta hujusmodi deneganda esse iis, qui aliquâ dispensatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis, & Sede Episcopali vacante, infra annum à die vacationis minimè danda iis, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, seù recipiendi occasione arctati non fuerint.

Item numquam concedenda pro Festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio, arbitrio Episcopi definiendo.

Denique censuit Episcopos omnes, ac etiam Apostolicos Nuncios, & Legatos literis in formâ Brevis circularibus admonendos decrevisse Sanctitatem Suam Indulta prædicta, non ita passim, sed ex certis tantùm, legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum executionem adstringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, oneratâ eorumdem conscientiâ, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, nisi ad normam Concilii Tridentini Sess. 21. Cap. 2. *Eos verò omnes, qui ab Apostolicâ Sede facultates obtinent, conferendi Ordines extrà tempora; vel aliis respectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere de-*

be-

bere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites, cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur.

Hæc autem omnia, & singula suprascripta Decreta, auditâ ex me integrâ eorum relatione, SS. D. N. laudavit, & approbavit, ac tam in Datariâ, e Secretariâ Brevium, quam à ceteris omnibus Ministris, & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò, & inviolabiliter servari mandavit, sublatâ omnibus quâcumque facultate prædictâ Indulta aliter, quam ad formam eorumdem Decretorum inposterum expediendi. Hâc die 14. Decemb. 1693.

Carolus Augustinus Fabronus Secret.

Constitutio 44. Innocentii XII. quâ plura declarantur, ac præscribuntur, pro tollendis abusibus, & fraudibus.

Circa Ordinationes aliorum Subditorum.

SPeculatores Domus Israel, quę est Sancta Dei Ecclesia, per inefabilem Divinæ Bonitatis abundantiam Constituti, eò potissimum ab ipsis Pontificatus Nostri primordiis Pastoralis vigilantiæ nostræ studia convertenda esse duximus, ut qui in sortem Domini vocantur, sacrisque addicuntur Ministeriis, quippe quos irreprehensibiles esse convenit, ut præesse valeant corrigendis, ac in quos, tamquam in speculum, reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur, tales sint, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare, ac ędificent cunctos, tàm Fidei scientiâ, quam operum disciplina.

Sa-

Sanè hoc inito consilio, non alios, quantum fieri potest, quàm qui in Sanctitate, & justitiâ, per ordinatissimos Ecclesiasticæ Militiæ gradus, statis intervallis ambulaverint, ac piè, & fideliter in Ministeriis anteactis se gesserint, ad Sacerdotium assumi, Sacrasque Ordinationes, juxta priscum Ecclesiæ morem, præscriptis à Jure temporibus, orationi, & jejunio consecratis, haberi cupientes, severiorem quandam in concedendis Indultis suscipiendi Sacros Ordines extrà Tempora hujusmodi, & interstitiis ad id designatis minimè servatis, ultrò Nobis proposuimus adhibendam rationem; quâ videlicet servatâ, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquam heri Sacrilegi, hodiè Sacerdotes, heri profani, hodiè Sacrorum Antistites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, discipuli simul, ac Magistri pietatis creentur; sed ii tantùm, juxtà constitutas à Majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi ad Sacrarum administrationum sublimitatem promoveantur, qui, post mutatum habitum Sæcularem, diuturnâ conversatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ postmodum alios docere tenentur. Cæterum per ea ipsa Indulta, quæ super præmissis, parcius quidem, ac ex certis tantùm, & Magis rationabilibus causis, concedere decrevimus, contrariâ quâvis illorum interpretatione penitus improbatâ, salutarem illam, quam Sacri Generalis Tridentini Concilii Decreta, de non ordinandis ad Patrimonii titulum, nisi illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assumendos judicaverint,

rint, præscribunt disciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimò, nec unquam ad Indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hâc in re strictissimè oneratas voluimus, prorsus relinquere declaravimus; sperantes in Domino eos, qui, juxtà Apostoli monitum, nemini citò manus imponendas esse probè norunt, sibi, & universo Gregi attendentes, in quo eos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, reverenda ipsis Spiritibus Angelicis ministeria, ab hominibus sine consideratione apprehendi numquam permißuros, nec temerè præripi passuros, quæ vita probata dumtaxàt accipere promeretur. Omnes insuper, & singulos, cujuscumque tandem gradus, Ordinis, & Dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratiâ Sacros Ordines præfatos extrà eadem tempora conferendi, vel aliis, ut illos sic conferre valeant, indulgendi potestas fieri consuevit, cum Divinos Ordines largiri districti semper esse judicii oporteat, seriò monitos voluimus, ut prescriptos sibi desuper in suis quique facultatibus terminos religiosè custodiant, nec eos, cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu, ullatenus transgrediantur.

Verùm, quò impensius Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eò majori cùm Animi Nostri dolore, ex quamplurium Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis Regionibus existentium, delatis ad Nos querelis, accepimus graviora quotidiè malignari inimicum in Sancto, Sacrilegâ scilicet illorum impudentiâ in dies crescente, qui propriæ salutis immemores,

res, Clericales Ordines, sibi forsan à propriis Præsulibus denegatos, seù quos, aliquibus Canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Jesu Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, oves in animarum suarum perniciem quærentibus, nec tot Canonicas damnationes contrà usurpantes alienæ Plebis homines latas perhorrescentibus, absque suorum Prælatorum commeatu, hoc est Dimissoriis, Commendatitiisve eorum literis destituti, quinimò eis insciis, & sæpè etiam invitis, sub minus legitimis Beneficii Ecclesiastici, originis, domicilii, seù etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commensalitatis quæsitis titulis, in sacrarum legum fraudem, & contemptum, illegitimè suscipiunt, atque ità non intrantes per Ostium, & nihilominus Tabernaculum Domini cum maculâ inhabitare non dubitantes, Sacrificium in Sacrilegium convertunt, judicium absque misericordia sibi consciscunt, Deoque minimè placentes, & tamen placare velle præsumentes, non modò eum non placant, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requiret.

Hinc est, quod Nos, ex commissæ Nobis divinitùs Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala huismodi penitùs, & omninò è medio tollere, ac irreligiosam contrafacientium audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, nec non fel. rec. Urbani VIII. contrà malè ordinatos, quæ incipit: Secretis, *aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, ac etiam Conciliaribus hâc in re editis Constitutionibus,*

&

& Ordinationibus inhærentes, illasque, quoad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenus opus sit, innovantes; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui quæcumque ante hâc super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita Decreta, declarationes, seù responsa, ad earumdem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione Nobis, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, totiusque Christianì Populi ædificationem, hâc generali Nostrâ, & perpetuò valiturâ Constitutione decernimus, & declaramus: Nullo Episcopo, seù cujusvis Loci Ordinario, tametsì Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi, ratione originis, seù domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitimè contracti, non Subditum ad Clericalem Tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici, ei statimàc Tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seù ad quod is à Patronis præsentatus, seù nominatus fuerit, prætextu, etiamsì Beneficium prædictum de novo eâ expressè adiectâ lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem Characterem susceptum ad illud instituatur. Præstereà Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eamdem Clericalem Tonsuram, seù etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo, ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Diœcesi obtenti, ad ulteriores ordines promoveri, nisi ante eorum-

rumdem susceptionem Testimoniales Literas proprii Episcopi, tàm originis, quàm domicilii, super suis natalibus, ætate, moribus, & vitâ sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in Actis illius Curiæ conservandas exhibuerit.

Licet verò Clericus, ratione cujusvis Beneficii in alienâ Diœcesi obtenti, subiici dicatur Jurisdictionibus Episcopi in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cetero hac in re inconcussè servari volumus regulam, ut nemo hujusmodi subiectionem, ad effectum suscipiendi Ordines, acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sivè juxta Taxam Synodalem, sivè, eâ deficiente, juxtà morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis Oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacificè possideatur, sublatâ quâcumque facultate supplendi quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii, cum adiectione Patrimonii, etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eâdem, seù aliâ quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans, tàm de prædictis Testimonialibus Literis, quàm de redditu Beneficii hujusmodi, expressam in consueta collatorum ordinum attestatione mentionem facere debebit.

Cæterum Subditus ratione originis is tantùm sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in eâ Diœcesi, in quâ ad Ordines promoveri desiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirùm itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seù permanentiæ ejus Patris in illo Loco, quo casu nullatenus hujusmo-

modi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quòd si quis tanto temporis spatio in eo Loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus Loci Literas Testimoniales, ut suprà, obtinere, illasque Episcopo ordinanti, per eum in collatorum ordinum Testimonio similiter recensendas, præsentare teneatur.

At si Pater in alieno Loco, ubi ejus filius natus est, tamdiù, ac eo animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de jure contraxerit, tunc, non Origo Patris, sed domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro ordinatione ejusdem Filii attendi debeat.

Subditus autem ratione domicilii, ad effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxàt censeatur, qui, licèt alibi natus fuerit, illud tamen adeò stabiliter constituerit in aliquo Loco, ut, vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem, cum instructis Ædibus, in Locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit; & nihilominus ulteriùs utroque casu se verè, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ Originis Loco in eâ ætate discesserit, quâ potuerit alicui Canonico Impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis Testimoniales Literas, ut suprà, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum Literis facienda erit. *Ad*

Ad hac nullus Episcopus aliena Diacesis subditum familiarem suum ad aliquos sacros, seù Minores Ordines, vel etiam Primam Tonsuram promovere, seù ordinare prasumat, absque ejus proprii, originis scilicet, seù Domicilii Pralati Testimonialibus Literis, ut suprà, & nisi ad prascriptum Concilii Tridentini prafati seff. 24. cap. 9. de Refor. *familiarem pradictum per integrum, & completum Triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxtà modum superius prafinitum, sufficiat, quâcumque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius Mensis à die facta ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi Testimonio expressam itidem familiaritatis, ac Literarum pradictarum mentionem facere teneatur.*

Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò pracludatur, volumus, & Apostolicâ authoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, sive Domicilii subditos Clericos quoscumque ab alienis Episcopis quâvis authoritate, etiam cum suis Commendatitiis Literis promotos, nedùm ad formam Concilii Tridentini supradicti seff. 14. cap. 3. de Refor. *quoad scientiam examinare valeat, verum etiam ordinum eis collatorum Testimoniales Literas, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos prasentis Constitutionis forma, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti, ei magis benevisa, ad docendum de hujusmodi adimplemento, itàut quos eo termino elapso, id minimè prastitisse compererit, à susceptorum ordinum*

exer-

exercitio, si ità, & quamdiù ei expedire videbitur; suspendere, illisque ne in Altari, aut in aliquo ordine ministrent, interdicere possit.

Ità verò præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem à collatione ordinum, per annum, Ordinatus verò à suscêptorum ordinum executione, quamdiù proprio ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus pœnis, pro modo culpæ, Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque subiaceat.

Decernentes pariter easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, aliosque quoslibet quâcumque praeminentià, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quâvis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolicâ, aut quâvis firmita-

tate aliâ roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie seù aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu alia quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hâc vice dumtaxàt specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto Pridiè Nonas Novembris, Pontificatus Nostri Anno quarto.

B. Card. Prodatarius. *J. F. Card. Albanus.*

Visa de Curiâ J. Sacripantes

Loco ✠ *Plumbi* *D. Ciampinus.*

Registrata in Secretariâ Brevium.

Decretum Sacræ Congregationis Concilii in Ariminen. Ordinationis, an Loci, originis, vel Beneficii Taxa pro Ordinandi sustentatione sit attendenda.

SAc. Congr. Concilii in Ariminen. Ordinationis 10. Jan. 1705. in quâ cum quidam Clericus Ariminen. obtinuisset Beneficium in loco Sixtini nullius Diæc. redditûs sufficientis, juxtà Taxam dicti Loci, & cum Literis dimissoriis Ordinarii Loci Nullius promotus fuisset ab Episcopo S. Angeli in Vado, & deinde Ariminum reversus à Vicario Generali, tamquam malè ordinatus contrà formam Bullæ Innocentianæ, ab exercitio susceptorum Ordinum suspensus fuisset, quæsitum fuit, Primò: an suspensio sustineatur. Secundò: an, & quomodo esset concedenda absolutio. Et sub dictâ die responsum fuit. Ad primum affirmativè. Ad secundum pariter affirmativè, postquam suppleverit Taxam Ariminen., vel per Beneficium, vel per Patrimonium.

Hoc Decretum refert Manacell. in Formular. Legal. For. Ecclesiast. Tom. 3. in Append. pag. 228. n. 27., ubi reprobat Moren., & subdit, quod attendenda videtur Taxa Loci, non ubi Clericus ordinatur, sed ubi habet fixum domicilium, quia ibidem alimenta est percepturus.

Decretum Sacræ Congregationis Concilii in Tiburtinâ Ordinationis : an detrahenda sint onera Missarum ad constituendam summam à Synodali requisitam .

DIsponente S. Concilio Tridentino Cap. 2. sess. 21. de Reform. neminem ad Sacros Ordines promoveri posse sine Beneficio, vel Patrimonio sufficiente ad Vitæ sustentationem. S. Congregatio aliàs censuit in Veronen. 6. Decemb. 1636. lib. 15. pag. 443., quod quis ad eosdem Ordines promoveri possit ad Titulum Capellæ, cujus fructus, unà cum distributionibus quotidianis, ex interessentia provisi acquirendis, victum necessarium æquarent. Hinc Clericus Joannes Cecchettus Tiburtinæ Diœcesis, optans se promoveri ad Titulum Beneficii habentis annexum onus Celebrationis Missarum, quæ si eßent detrahendæ, nequaquam remaneret summa per Synodum Diœcesanam ad promotionem præscripta, licèt idem Orator promovendus ad dictum Beneficium earum integro oneri per seipsum satisfacere paratus sit, supplex declarari petit.

An à Beneficio, ad cujus titulum quis ordinari intendit, detrahenda sint onera Missarum eidem adiecta, vel potius, eis non detractis, faciendus sit calculus omnium fructuum ad constituendam summam à Synodali constitutione requisitam.

Die 8. Julii 1690. Sacra Congregatio Concilii respondit negativè, nisi in fundatione cautum sit, quod in casu impedimenti teneatur per alium celebrare, & donec ascendat ad Sacerdotium, pro ratâ Missarum aliunde habeat, quo vivere possit.

Litera Circularis de mandato Sanctiss. D. N. Clem. XI. super assumendis ad Ordines.

PErillustris, & Reverendiss. Domine uti Fr. Sacrorum Canonum, Conciliique Tridentini providâ dispositione statutum est, ut ad Militiam Clericalem non omnes passim admittantur, sed ii dumtaxàt, de quibus probabilis spes sit hoc vitæ genus eligere, non rerum humanarum cupiditate, non Sæcularis Judicii effugiendi causâ, sed animo præstandi Deo in meliori statu famulatum; subindeque ad Majores Ordines non promoveantur, nisi quos scientia jam acquisita commendet, & morum probitas altiori gradu dignos ostendat. Verùm experimento ipso compertum est, ex hujusmodi Canonicarum Sanctionum inobservantiâ, indiscretisque promotionibus, & Ordinationibus multa exoriri mala, quæ Ecclesiasticam disciplinam enervant, & corrumpunt, cum ex confusâ multitudine Clericorum, sine delectu, sine peritiâ, & sæpius sub collusivo Patrimonio ordinatorum, nonnulli mendicare cogantur, aliis sordidis se immisceant negociis, aut in ipsis Missarum Eleemosynis quoddam veluti mercimonium exerceant, non sine gravi Scandalo Fidelium, apud quos se faciunt contemptibiles. Etsi autem Sanctissimo Domino Nostro satis innotescat Ampl. Tuam Sacrarum Constitutionum vigilem esse Custodem, attamen, pro eo, quo Sanctitas Sua tenetur ergà Disciplinæ Ecclesiasticæ incrementum, solicito, fervidoque studio, eandem Ampl. Tuam hisce Literis moneri voluit, quatenus in assumendis ad Militiam Clericalem,

co-

eoque magis in promovendis ad Majores ordines, Canonum, Conciliorum, Apostolicarumque Constitutionum laudabilibus Decretis ad amussim servatis, debitum adhibeat delectum, mores, doctrinam, in Ecclesiasticis functionibus peritiam, Beneficii, seù Patrimonii sufficientiam, & veritatem diligentissimè examinet; illos non promoveat, de quibus dubitari possit ad Clericatum aspirare, ut Sæcularem affugiant Jurisdictionem, neque plures, quàm istius Ecclesiæ necessitas exigat, vel suadeat utilitas. Ità exequetur Ampli. Tua, cui omnia fausta precamur à Deo. Romæ primâ Aprilis 1702.

Ampl. Tua

Uti Fra. Stud.
B. Card. Panciaticus Pref.
S. D. Thomatus Epis. Cyren. S. C. C. Secr.

Decretum Clementis PP. VIII. pro Regularibus Ordinandis.

De mandato S. D. N. Clementis divinâ Providentia Papæ Octavi tenore presentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congr. Conc. Trid. continentur, cujus tenor est talis.

Congregatio Conc. censuit Superiores Regulares posse suo Subdito itidem Regulari, qui preditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, Literas Dimissorias concedere: ad Episcopum tamen Diacesanum, nempè illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diæ-

Diæcesanus absfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diæcesanus, vel absfuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verùm, cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diæcesano absente, vel ordinationes non habente, Literæ Dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diæcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seù administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem S. D. N. Papæ reservatas pœnas incurrent. In quorum &c.

Dat. Romæ die 15. *Martii Ann.* 1596.

Sacrosancti quoniam Concilii Tridentini Decreto *Sess.*23.*de Refor cap.6.* nullus primâ initiatus Tonsurâ, aut Minoribus etiam in Ordinibus constitutus, nisi Ecclesiasticum habeat Beneficium, vel Clericalem habitum, ac Tonsuram deferens, alicui ex Episcopi mandato inserviat Ecclesiæ, Fori gaudet privilegio; Nostræ idcircò omnes Diœcesis Clericos, Ecclesiæ Matricis, sive Parochialis servitio, illius Loci, ubi morantur, esse volumus addictos: quo præfatos, non, Decreto Clericos, aliis posse etiam, imò debere Ecclesiis pro opportunitate inservire, prohibemus.

Cum ex Sacri dispositione Tridentini Concilii arbitrio Episcopi Patrimonii quantitas taxanda relin-

linquatur; in Patrimoniis ideò constituendis [quod etiam de promovendis ad Beneficii titulum intelligimus] triginta annuus scutorum fructus congruis pro alimentis probetur, & Bonorum, stilum Nostræ juxtà Episcopalis Curiæ, libertas attendatur.

Qui ad titulum sunt Sacros ad Ordines Patrimonii provecti, sciant Bona sibi in hujusmodi titulum tradita, inconsulto Ordinario alienare non posse, Beneficium donec, vel Pensionem ad sui congruam substentationem obtineant, prædicti juxtà Sacri Tridentini Concilii dispositionem. De rebus idipsum ad Beneficium pertinentibus dicendum, quæ non solùm profectò alienari non possunt, sed conservari, atque augeri debent, & qui suâ illa se malè habere sineret negligentiâ, nostris volumus gravissimis pęnis subjacere.

C A P. XIII.

De Sacramento Matrimonii.

MAtrimonium, quod magnum ab Apostolo Sacramentum nuncupatur, non nisi magnâ debet cum reverentiâ tractari. Hinc Parochi, dum trinas consuetas expediunt monitiones, ad impedimenta, si quæ sunt, inter contrahentes pernoscenda, simul Sponsos severè moneant, ne permisceantur, neve cohabitent, vel inter se familiariter conversent, &, quod pejus est, carnaliter cognoscant; simulque eos reddant certiores, propter tale flagitium, quod juremeritò reservata inter connumera-

ratur, pœnis etiam subjacere pecuniariis quatuor aureorum in singulas vices, quoad mediocres Personas, viginti verò quoad divites, pęnamque hujusmodi tàm ab utrisque Sponsis, quàm ab eorum respectivè Parentibus reposcendam, & accusatori pro medietate, pro alià verò Locis piis applicandam, à Nobis esse in hâc Synodo sancitum, sicut de facto decernimus. Quod si tàm necessarium officium Parochi prætermiserint, sciant se gravioribus arbitrio Nostro pęnis puniendos.

Matrimonium eo ipso die, quo ultima fit denunciatio numquam contrahatur, nec privatis in Domibus, sed semper in Ecclesià, numquam Solis ante ortum, vel tempore nocturno, celebretur; omnia denique, quæ ex Conc. Trid., & Rit. Rom. Parochis præscribuntur, in hujus Sacramenti celebratione serventur. Curent insuper Parochi, ut in Matrimonium conjungendi, sint in Fidei Catholicę Mysteriis eruditi, eo anno Paschali Communione refecti, nec non, antequam in Matrimonio copulentur, ut tanti gratiam Sacramenti recipiant, Pœnitentiæ lavacro mundentur, atque Pane Eucharistico recreentur. Demum de hujus Sacramenti naturâ, & Sanctitate, de mutuâ Fidei Maritalis observatione, ac de piè educandæ Prolis oneribus doceantur. Ideò per semetipsos, quantum fieri potest, Parochi, legitimo cessante impedimento, non per alios, & Matrimonia conjungant, & Sponsos benedicant, quam si qui Benedictionem Contrahentes recusaverint, Contractum Matrimoni retardent, usque dum aliter, ex urgenti causâ à Nobis fue-

fuerit ordinatum, ſicut à Noſtris fuit etiam Anteceſſoribus decretatum. Parocho autem legitimè impedito, qui dumtaxat Parochi vices ſupplet, diligenter id exequatur, ac ipſi Parocho mandanti fideliter referat quidquid egerit.

De legitima non niſi conſcii Contrahentium ætate, deque libero utriuſque conſenſu, ſaltem ex reciprocâ, ſi Sponſi de diversâ fuerint Parochiâ, Parochorum aſſertione, ad futuri Matrimonii procedant iidem denunciationes, quas ter in diebus de præcepto feſtivis inter Miſſarum Solemnia, tàm in Viri, quàm Mulieris Parochiali Eccleſiâ, ſub quatuor aureorum pœnâ, repetere teneantur; eas in totum, vel pro parte remittendi facultate, Parochis penitùs interdictâ, cum totum id Epiſcoporum arbitrio juxtà Conc. Trid. prorſus committatur; quapropter ſi noſtrâ abſque licentiâ Parochi unicam etiam tantum denunciationem omiſerint, ipſo facto, Nobis reſervatam ſuſpenſionis pœnam incurrant.

Vagantium hominum, & alienigenarum Matrimoniis nunquam Parochus interſit, juxtà Trid. Conc. Decreta, prius niſi teſtibus noſtrâ in Curiâ examinatis, ad inſtructionis Sanctæ, & Univerſalis Inquiſitionis de Urbe formam, quam ad omnimodam obſervantiam in calce duximus apponendam, nec ad Denunciationes procedat, niſi ab ipsâ Curiâ ſpeciali in-ſcriptis obtentâ licentiâ, quam penès ſe curabunt conſervare, ac retinere.

Coniugii libertatem ſub anathematis pœnâ ex Sacrâ Tridentinâ Synodo *ſeſſ.* 24. *Cap.* 9. *de reform.*

matrim. nemo impedire præfumat; fed tamen admonitionis gratiâ eft advertendum,quòd, licèt Parentum confenfus rata, vel irrita non poffit facere Matrimonia, honeftiffimum tamen videtur, ac fummoperè confentaneum rationi, ut Filii Familias in re tàm gravi Parentum voluntati, ac confilio fubjaceant; propterea Parochi non folùm Sponforum confenfus, fed etiam eorum Parentum, fi filii familias fuerint, diligenter inquirant: quod sì difficultates compererint, Nobis inconfultis, ad denunciationes non progrediantur. Infuper ad Matrimonium contrahendum directè, vel indirectè cogentes ipfo facto anathematis fulmine puniantur.

Parochus, ad quem Nuptiarum benedictio, & Sponforum coniunctio non pertinet, alteri fidem Parocho peractarum fub certis diebus Denunciationum faciat, fimulque fui in Chriftianæ Fidei Rudimentis fufficienti Parochiani exercitatione teftetur, ejufdem circa quod Confcientiam oneramus.

Librum Parochi particularem habeant, in quo omnia, & fingula referant Matrimonia, quibus ipfi, vel alii de eorum mandato, hoc ipfum diftinctè adnotantes interfuerunt; & nedum contrahentium eorun Patrùm fed etiam duorum Teftium, ad id fpecialiter vocatorum nomina confcribant. Contrafacientes quinque aureorum pœnâ mulctentur.

In-

Instructio Sac. Congreg. Univers. Inquisitionis pro examine Testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis.

Feria 5. die 21. Augusti 1670.

Cum aliàs per Sac. Congregationem Sancti Officii iteratis Instructionibus ab eâdem emanatis de Anno 1665. Locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut prescriptis Interrogatoriis faciendis Testibus, qui ad probandum Statum liberum contrahentium Matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero Coniuge, aut aliàs impediti, ad secunda illicita vota transire satagebant. Videns nihilominus SS. D. N. quamplures Locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas Testium Depositiones, necnon Parochos, & Notarios in Casibus expressis, aut omittere, aut non observare earumdem instructionum tenorem, &, licet aliquando plenè observent, non tamen interrogare Testes super aliis impedimentis dirimentibus.

Ideò volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re maturè consideratâ cum Eminentiss., & Reverendiss. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, præsenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum iniungit omnibus Vicariis, seù Deputatis pro examinandis Testibus ad probandum statum liberum contrahentium Matrimonium, nec non Parochis, Notariis, & quibuscumque aliis respectivè, sub pœnis etiam gravibus corporalibus, arbitrio Sacræ Con-

Congregationis, ut Instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Ut autem præsens Decretum, & Instructio ad omnium notitiam facilius eveniant, Decrevit illa ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio S. Officii ejusdem Urbis, per aliquem ex Cursoribus Sanctitatis Suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, post duos Menses, à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perindè afficere, & arctare, ac si illorum unicuique personaliter notificata, & intimata fuissent.

Instructio pro examine illorum Testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis, desumpta ex Decr. Congreg. SS. Inquisit. Coram Clemente PP. X. ut in Bullar. Tom. 5. Constit., quæ incipit: *Cum aliàs* sub die 21. Aug. 1670.

IN primis Testis moneatur de gravitate Juramenti, in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul, & humana majestas læditur, ob rei, de quâ tractatur, importantiam, & gravitatem, & quod imminent pœna triremium, & fustigationis deponenti falsum.

2. *Interrogetur de nomine, Cognomine, patriâ, ætate, exercitio, & habitatione.*

3. *An sit Civis, vel exterus; &, quatenus sit exterus, quanto tempore est in loco, in quo Testis ipse deponit.*

An

4. *An ad examen accesserit spontè, vel requisitus; si dixerit accessisse spontè à nemine requisitum, dimittatur, quia presumitur mendax; si verò dixerit accessisse requisitum, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coràm quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.*

5. *Interrogetur, an sibi, pro hoc testimonio ferendo, fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio, ipsorum nomine.*

6. *Interrogetur, an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto Tempore, in quo loco, qua occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant.*

Si responderit negativè, Testis dimittatur; si verò affirmativè;

7. *Interrogetur, an contrahere volentes sint Cives, vel exteri; si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipsorum contrahere volentium, doceatur de eorum libero statu, de eo tempore, quo permanserunt in sua Civitate, vel Diœcesi. Ad probandum verò eorumdem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur Testes idonei, qui legitimè & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo quòd teneantur deferre attestationes Ordinariorum Locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.*

Si verò responderit contrahere volentes esse Cives.

In-

8. *Interrogetur, sub qua Parochia hactenus contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præsenti.*

9. *Item an ipse Testis sciat aliquem ex prædictis contrahere volentibus quamdoque habuisse Uxorem, vel Maritum, aut Professum fuisse in aliqua Religione approbata, vel suscepisse aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum, vel Presbyteratum, vel habere aliud impedimentum, ex quo non possit contrahi Matrimonium.*

Si testis responderit non habuisse Uxorem, vel Maritum, neque aliud impedimentum, ut suprà.

10. *Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quòd aliquis ex illis habuerit Uxorem, vel Maritum, aut aliud impedimentum, &c. & quòd ipse Testis nesciat.*

Si responderit affirmativè, supersedeatur, nisi ex aliis Testibus probetur concludenter non habuisse Uxorem, vel Maritum, neque illum aliud impedimentum &c.

Si verò respondetur negativè.

11. *Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Judex colligere poterit, an Testi sit danda fides.*

Si responderit contrahere volentes habuisse Uxorem, vel Maritum, sed esse mortuos.

12. *Interrogetur de Loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodò ipse Testis sciat fuisse coniuges, & nunc esse mortuos. Et, si respondeat mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse sepelliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à Militibus, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto Testimonio authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti decesserunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt co-*

eorum cadavera, vel, si fieri potest, à Duce illius Cohortis, in qua descriptus erat Miles. Si tamen hujusmodi Testimonia haberi non possunt; Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodò sint legitimæ, & sufficientes.

13. *Interrogetur, an post mortem dicti coniugis defuncti, aliquis ex prædictis transierit ad secunda vota.*

Si responderit negativè.

14. *Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transierit ad Secunda vota, absque eo quod ipse Testis sciat.*

Si responderit affirmativè, supersedeatur in licentia, donec producantur testes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si verò negativè.

15. *Interrogetur de causa scientiæ, qua perpensa, Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, necne.*

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant, per Fides Ordinariorum suorum, esse liberos; & in aliis, servata forma Concilii Triden. in Cap. Multi *sess.* 24.

Fides, aliaque documenta, quę producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita Sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, & recognita saltem per Testes, qui habeant notam manum, & Sigillum; & attentè consideretur, quod Fides, seù Testimonia benè, & concludenter identificent personas, de quibus agitur.

Pro testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quàm extranei, quia præsumuntur melius in-

informati; & cives magis, quàm exteri, nec admittantur homines vagi, & milites, nisi data causa, & maturo consilio; & Notarius exactè describat personam Testis, quem si cognoscit, utatur clausula: mihi benè cognitus: *sin minus examen non recipiat, nisi unà cum persona Testis, aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ attestetur de nomine, & cognomine ipsius testis, nec non de idoneitate ejusdem ad Testimonium ferendum. Et hujusmodi Examinibus debet interesse in Urbe, ultrà Notarium, Officialis specialiter Deputatus ab Eminentiss. Vicario, & extrà Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia Persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda; alias puniatur Notarius arbitrio Sac. Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.*

Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario prius teneantur Fidem authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerunt examinati Testes in eorum Tribunali, qui probent statum liberum contrahere volentium, &c.

Contravenientes autem severè punientur.

Franciscus Riccardus S. Rom. & Univers. Inquis. Not.

Loco ✻ Sigilli.

Du-

Dubia aliquot circa Exterorum Matrimonia cum responsionibus Sac. Congregationis.

ORdines ultimo loco ab Urbe emanati circa Matrimonia cum exteris contrahenda, inter alia disponunt, quod Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diæcesibus existentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario prius teneantur Fidem authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerint examinati Testes in eorum Tribunali, qui probent statum liberum contrahere volentium.

1. *Quæritur, an illi ex Diæcesibus circumvicinis, & ipsi teneantur tales probationes facere, an verò sufficiat fides denunciationum, in eorum Diæcesibus factarum, cum Legalitate Ordinarii, & probatio eorum status post discessum ab ipsâ Diecesi.*

Hujusmodi habentur pro exteris, & consequenter tenentur probationes facere.

2. *Item an contrahere volentes, in confinibus eorum Diæcesis habitantes, &, ob vicinitatem, ab eorum Rectoribus cogniti, teneantur easdem facere probationes, an verò sufficiant publicationes ab ipsis Rectoribus facienda.*

Etiam illi tenentur facere probationes.

3. *An easdem teneantur facere probationes ii, qui ante ætatem nubilem à propriâ Diæcesi discedentes ad aliam se contulerant, & in eâ postmodum semper habitaverunt.*

Non tenentur, quia non fuerant extrà Diœcesim tempore habili ad contrahendum.

4. *An in Civitate, in quâ Milites Hispani, Theutonici, Alemani, & aliarum longinquarum Regionum residere solent, idem cum ipsis sit servandum, vel sufficiat probationes in ipsâ Civitate recipere de eorum statu à Testibus ipsarum Regionum de negotio edoctis.*

Tenentur facere probationes, juxtà formam instructionis, quia isti facilius committunt Polygamiam.

5. *An factâ per Parochum monitione Ordinario contrahere volentis, Fides status ejusdem, sit ab eodem Parocho, vel à contrahere volente reportanda.*

Tenetur Fidem reportare, & Parocho consignare is, qui vult Matrimonium contrahere, sed est in libertate Parochi bujusmodi onus in se assumere.

6. *An eadem probationes sint servandæ in casu necessitatis, & ab existentibus in articulo mortis, sic contrahere volentibus.*

Non sunt servandæ in articulo mortis, intrà quem scilicet probabiliter non adsit tempus sufficiens faciendi diligentias: cum hoc etiam, quod si infirmus fortè convaluerit, debeant fieri diligentiæ, juxtà instructionem, antequam simul conveniant.

7. *An requiratur attestatio proprii Ordinarii pro exteris, qui per decem annos, & ultra, Domicilium acquisierunt in Loco, ubi sunt Matrimonium contracturi, si eorum status liber probetur per Testes fide dignos, tàm originis, quàm Domicilii.*

Requiritur.

8. *An requiratur dictâ attestatio pro illis exteris, qui unicam, vel plures duxerunt, & econtrà, si mortuæ*

tuæ fuerint in Loco, ubi iterum Matrimonium contrahere desiderant, ac amplius post mortem à dicto Loco non discesserunt.

Requiritur pariter.

Et cum dubio, ac responso quarto, consonant responsiones Sacræ Congregationis Concilii datæ dubiis propositis, & ab eâdem Sacrâ Congregatione Inquisitionis remissis 6. Martii 1694. qui Capellani exercitus, sine indulto Apostolico hujusmodi Matrimonia assistere non possunt; & quamquam hoc indultum aliquando Principibus, & Regibus Catholicis concedatur, illud tamen expediri solet cum clausulâ, quod Capellani Exercitus Matrimonia faciant, & Sacramenta ministrent tempore dumtaxàt, quo Exercitus in actuali expeditione reperitur. Secus verò, quando Milites in stationibus, & Præsidiis degunt, tunc non possunt uti dictis privilegiis, sed indigent Ordinarii Locorum facultate; & ità expediri debere, resolvit Sacra Congregatio deputata Concilii 29. Septemb. 1690.

CAP. XIV.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

SAcrosanctæ, in quibus speciali modo ipse Deus hominibus adorandus assistere dignatur, Ecclesiæ, decenter debent exornatæ custodiri, Sanctèque coli; Quippe, cum & Sanctus sit Deus, & Domum Dei deceant Sanctitudo; quâ de re, ut per Summos disposita Pontifices observentur, eorum volumus Bullas, & Decreta hìc esse apponenda, pri-

primoque loco Gregorii XIV. Constitutio, quam sub pœnis in eâ contentis, aliisque Arbitro Nostro subrogandis, ut Ecclesiarum tueatur immunitas, ad amussim à cunctis intelligimus observari; sicuti, Deo opitulante, Principumve assistente Patrocinio, profectò continget, quorum enixè opem imploramus, ut debitus ipsimet Deo cultus, ac Ministris, & legitimus Mysteriorum ejus dispensatoribus honor exhibeatur; ideò in hâc de Ecclesiarum immunitate materiâ nihil addendum amplius judicamus. De eisdem Sacrosanctis reverentiâ Ecclesiis remanet exhibendâ, ut ejus cultus in dies magis, magisque augeatur, importantiora decernere; ad cujus rei propositum mirabiliter Constitutionis S. Pii V. verba collimant, in nostrorum explicatione casuum reservatorum descripta in primo, ubi de Blasphemiâ, §. : *ut igitur*, quæ aurea hìc valde ad propositum essent verba; sed loco quia citato facilè possunt reperiri, in repetendis idcircò brevitatis gratiâ nolumus immorari. Utilem insuper Alex. VII. Constitutionem pro Urbe protulit in lucem, quam inscribi hìc infra mandamus; ac in dictis Decretis sub pœnis inibi inflictis, omnia contenta præcipimus observari; Parochis districtè cunctis jubentes, ut debitam Ecclesiis reverentiam, pœnas temporales, ac æternas earum contemptoribus irrogatas subiectis sibi populis identidem non commemorare desistant.

Domum Dei semper decet Sanctitudo, præcipuè verò, cum Sacra Missæ Mysteria, vel Divina celebrantur Officia, vel Sacræ Conciones, aut Chri-

stia-

ſtianæ explicationes Doctrinæ, vel alia quæcumque pietatis exercitia peraguntur. Functiones itaque hujuſmodi, ne perturbari omninò, aut deturpari contingat, vigintiquinque aureorum pœnam, & alias arbitrarias, etiam Corporis afflictivas in audaces Templorum temeratores irrogamus. Si qui deambulare, vociferari, incompoſitè ſtare, aut abſque neceſſitate ſedere, Celebranti Sacerdoti, vel terga Euchariſtiæ veitere Tabernaculo, vel aliud quidpiam contrà Eccleſiæ decorem indecenter commiſerint, iiſdem atrociter pœnis puniemus. Sæveriora tamen pęnarum flagella, ultrà prædicta contra quoſcumque ſcurrilibus, turpibus, vaniſque colloquiis, & fædâ cum Mulieribus, etiam honeſtis dicacitate, vel indecorâ cujuſpiam actus procacitate, Eccleſiam Profanantes, decernimus. Et de Eccleſiis quod loquimur, de Sacriſtiis, Atriis, Porticibus, Cæmeteriis, ac Veſtibulis, ſeù Eccleſiarum Foribus, à quibus omnibus otioſas commorationes, ſtationes, Seſſiones, ſuſpectaſque Urbanitates prorſus eſſe intelligimus abigendas, eſſe volumus percipiendum. Mulieres, quæ juxtà divum Paulum, non niſi velato capite, & quidem propter Angelos, orare valent in Eccleſiis, hortamur, & ipſis in Domino præcipimus, ut pompis omnibus ad laſciviam incendentibus religiosè depoſitis, modeſta prorſus, & redolentia veſtimenta pietatem, Templum ingreſſuræ ſuſcipiant, Parochos, Sacramentorumque Miniſtros obligantes, quod ſi eas minus honeſtè indutas perſpexerinr, ac lactentes à Sacramentìs arceant, deferentes infantulos, atque ab Eccleſiâ repellant. Lon-

Longè etiam ab Ecclesiis, earumque atriis, atque Vestibulis, cujuscumque generis nundinas, ac Mercatus, sivè quarumcumque rerum negociationes, & venditiones, sub quatuor aureorum transgressoribus pœnâ, arceri jubemus. In Proximis etiam Plateis, aut ab Ecclesiarum conspectibus Circulatores, Astrologos, vulgò Ciarlatani, Ciurmatori, Cantimbanchi, & alios ejusdem farinæ Nebulones, qui publicè nugas, cantus, & alia exhibeant similia, aut exerceant, Merces vendant, aliudue quidpiam agant, unde Populi Divino cultu posthabito, ad fabulas convertantur; insuper Chorèas, & ludos cujuscumque generis, aleas, pilas, globulos, folles, talos, trochos, & aliós quocumque nomine nuncupatos, præcipuè diebus fæstis, & Divinorum Officiorum tempore, volumus eliminatos.

Intrà verò Ecclesias tormenta bellica, aut arma nunquam deferant hastata, nec ullo in ipsis prætextu, aut necessitatis, vel utilitatis aliquid profanum, sub pęnâ amissionis quartæ partis rerum ibi reconditarum, reponant, & præstereà Ecclesia à Missarum celebratione remaneat interdicta. Omnis item generis quæstus, Nostrâ absque speciali licentiâ, vel nostrorum, intra ambitum Ecclesiæ, Vicariorum, inhibemus: Omnibus tandem Ecclesiarum Rectoribus mandantes, uti pariter Superioribus, Sacristis, aliisque earum Custodibus, ut monitione Evangelicâ præmissâ, omnes, nisi resipuerint, harum Legum transgressores ad Nos deferant, sub pœnâ duorum aureorum, partim Delatoribus, partim Locis piis applicandâ.

Per-

Pernoctationes, aut vigilias in Ecclesiis, sivè Oratoriis fieri vetamus, preter noctem Nativitatis Domini, ipso tantummodo Divinorum Officiorum tempore, aut dum orationes quadraginta Horarum habentur, sed tunc solùm liceat maribus interesse, sub pœnâ Rectoribus Ecclesiarum, aut Confraternitatum Prioribus vigintiquinque Scutorum pro quâlibet vice, non obstante quâcumque immemorabili consuetudine.

Omnes invigilent supradicti, & quicumque Ecclesiis, vel Oratoriis custodiendis præficiuntur, ut Sacrorum Locorum januis obclusis diligenter, neutiquam imbrium damno, volucrumque, aut quadrupedum animantium ingressu, & iniuriis Ecclesiæ pateant; insuper Parietes ita sint incrustatæ, ac dealbatæ, pavimenta benè constructa, laquearia optimè compaginata, ut aquæ defluentes è Cœlo Ecclesiam descendere non valeant, & fenestræ vitro, vel panno clausæ, ut ventis etiam aditus propugnetur. Item Cæmeteria visibili ligneæ Crucis signo, vel lapideæ ceteroquin distincta, munda pariter existant, Parietibus, vel saltem hirta sepe, aut ligneis repagulis circumsepta, sic stabiliter defensa remanere curabunt. Quæ autem Ecclesiæ, vel Cæmeteria aliter se habuerint interdicto, tamdiù volumus subiacere, quamdiù ad superius præscriptum statum redacta fuerint.

Si autem in Ecclesiarum ruinis reparandis, & fabricæ, vel Altarium instaurationibus ii sedulò, ad quos de Jure, vel Consuetudine spectat, non vacaverint, quando hoc ex impotentiâ, vel reddi-

tu-

tuum deficientiâ proveniat, has egenas, ruinosas, ac impotentes redintegrationis Ecclesias, nisi Patronorum, aut Parochianorum [quos ordinatè compellere monemur *ex Trid. Conc. sess. 21. cap. 7. de reform.*] suppetant facultates, invitis etiam Patronis ter monitis, Matrici Ecclesiæ, seù viciniori Parochiæ, juxtà locorum, Populorumque opportunitatem, vocatis vocandis, & servatis de jure servandis, uniri mandamus. Quod si ità contigerit, ne eas valeant deterius violari, facultate prius à Nobis obtentâ diruantur, & erectâ ibi Cruce, cæmenta sacris tantùm locis ædificandis, vel reparandis serventur, & nullatenus in profanos, sordidosque usus convertantur; Defunctorum in Christo Fidelium ossa, muro, vel sepe ab injuriis hominum, & animalium defendantur; Titulus, & Bona, tàm Mobilia, quàm immobilia, salvo Patronatus jure, & naturâ, ac oneribus Beneficii in Matricem Ecclesiam transferantur; etsi Congregationes, seù Confraternitates fuerint, vel alio nomine nuncupatæ, sivè habitu utentes, sivè non, inposterum eo modo, quo in ipsis Ecclesiis dirutis vivebant Parochialibus, & non aliis Ecclesiis unitas, & annexas, esse volumus, & mandamus. Quotquot has contrà nostras deliquerint Sanctiones, & respectivè pęnis à Jure inflictis, aliisque arbitrio Nostro infligendis graviter puniantur.

De Ecclesiarum Immunitate. Constitutio Greg. XIV.

QUum aliàs nonnulli Prædecessores Nostri, & præsertim fel. record. Sixtus Papa Quintus, nec non Pius etiam Quintus, sancto Zelo ducti, diversas facultates, & Indulta extrahendi, etiam in casibus quibusdam à Jure non permissis, ex Ecclesiis criminosos, & delinquentes, compluribus Sæcularibus Principibus, eorumque Curiis, & Magistratibus sub variis modis, & formis concesserint, prout in illis plenius continetur.

Experientia postmodum docuit, tùm ob diversitatem, & differentiam hujusmodi Indultorum, tùm quia plerique eorumdem Principum Ministri ex ipso illa diversimodè, etiam latìces, quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti cæperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus Locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem, & confusionem; alibi verò ne ipsos quidem Laycos Indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod Populis inveteratâ erga Ecclesias reverentiâ, devotis, & assuetis, scandali potius, quam quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sæpenumerò secutum est, ut infimæ interdum conditionis Layci, non modò Juris, sed etiam literarum penitùs ignari, & imperiti, dum, quasi Potestates, aut Ministri Curiæ Sæcularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jurisdictionem exercebant, facultatum, & Indultorum hujusmodi limites longè excesserint, eaque suo arbitratu in sensus minus rectos, & ab intentione con-

cedentis omninò alienos detorserint, & illorum prætextu quidquid sibi in mentem venit attentare præsumpserint, in grave Jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium Locorum, & Personarum Divino cultui dicatarum contemptum ipsius Divinæ Majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare, pro commisso Nobis à Domino Pastoralis officii munere, prædictis absurdis, & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperàm interpretandi occasionem dilucidâ declaratione submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica Jura plenè conculcentur, & negligantur, opportunè providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus Prædecessor Noster, iisdem de causis motus, statuere decreverat, licèt, morte præventus, hoc adimplere nequiverit; itù tamen, ut, quando præsens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit, perversorum hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora ultrà id, quod prisca illa Majorum nostrorum disciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præscripserat, in quibusdam casibus congruâ moderatione adhibitâ permittamus.

Hâc itaque Nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione omnia, & quæcumque Privilegia, Indulta, & Gratias, tàm per prædictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoscumque Nostros Prædecessores, aut Nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusve Legatos, super adducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, Domibus Regularibus, & Sæcularibus, Locisve Sacris, aut Religiosis, aliasve in casibus à Jure per-

permissis, hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudolentibus Doctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publicâ, & ex causis urgentissimis, ac necessariis, & æquipollentibus casibus in Jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis, perpetuò, vel ad certum nondùm elapsum tempus, seù ad vitam alicujus Principis, aut Beneplacitum, seù aliàs quomodolibet concessa etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innovata, ac usu recepta, Literasque Apostolicas sub plumbo, aut in formâ Brevis, seù aliàs quomodocumque desuper confectas, quarum tenores hìc haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublatâ penitus omni differentiâ, ità ad unam tantum formam reducimus, & moderamur.

Ut Laycis ad Ecclesias, Locaque Sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici Latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumque Cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè Proximum suum occiderint, aut assassinii, vel hæresis, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur, sed universis, & Singulis Venerabilibus Fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis, tàm sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis Regularibus, districtè præcipiendo mandamus,

& præcipimus, ut Laycos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia Loca supradicta Sacra, seù Religiosa respectivè confugientes, & in eis se recipientes, atque morantes, qui prædicta Delicta, eorumque aliquod judicio suo commisisse videbuntur, quando à Curiâ Sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris, & Officialibus Curiæ sæcularis, absque Irregularitatis Notâ, aut alicujus censuræ Ecclesiasticæ incursu, tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

Nè autem Curia Sæcularis prædicta Ministri facultate illos per se, & propriâ authoritate extrahendi, & abducendi, sibi olim, ut prefertur, attributâ, & per præsentes revocatâ, abutantur, volumus, dictâque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia sæcularis, ejusque Judices, & Officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, Locisque Sacris prædictis, Laycum aliquem, ut præfertur, delinquentem in nullo ex casibus supradictis, sine expreßâ licentiâ Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiamsì alii Ordinarii sint, aut nullius Diæcesis, aut Conservatores ab hâc sede specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius Diæcesis, tunc ad Episcopū viciniorem devoluatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, aut extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dicta Persona Ecclesiastica requisita, illos in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut captura, &

& carcerationi intervenire, & assistere recusaverint; tuncque reverentiæ Ecclesiasticæ, & Locis Sacris debitæ memores, prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit, cum scandalo, & tumultu, extrahere curent.

Quodque delinquentes Layci prædicti, postquam, ut præfertur ab Ecclesiis, Locisve Sacris extracti, & capti fuerint, ad Carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportunâ custodiâ, datâ illis, si opus fuerit, per curiam sæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque Sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seù ab eo Deputatum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint, tuncque demùm de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum Curiæ Sæculari, quâcumque appellatione postpositâ, consignentur.

De crimine verò hæresis cognitio ad Forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in eâ Curia Sæcularis se quoquomodo intromittat.

Sicuti etiam prohibemus, nè contrà Ecclesiasticas Personas Sæculares, aut cujusvis Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Joannis Jerosolimitani, Regulares quoquomodo, etiam vigore prædictorum Privilegiorum, Indultorum, aut Concessionum, quæ omnia ad terminos Juris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illasve ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, Locisve Sacris, aut Religiosis, etiam in Casibus in hâc Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus, ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliàs quam de Ju-

Jure, & per Privilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant.

Quod si quis, quâcumque dignitate, & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quovis prætextu, quidquam præter, aut contrà hujus Nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contrà libertatis, juris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, Nostrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.

Sicque per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quâvis causâ, & instantiâ, judicari, & definiri debere, nec non irritum decernimus, & inane, si secùs super his per quoscumque, quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, tàm Sixti, & Pii V., quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum Nostrorum Literis Apostolicis, Privilegiis, Indultis, & Facultatibus, quibusvis personis, etiam Imperiali Regia, Ducali, aut aliâ quâvis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuspublicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis, eorumque Curiis, Parlamentis, Senatibus, Consiliis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Præsidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Potestatibus, aliisque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis,

vel

vel aliis etiam gravioribus, & urgentibus caussis, tàm illorum intuitu, & contemplatione, sivè ad eorum preces, & instantiam, quàm etiam motu proprio, & ex certa scientia; deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, ac per modum statuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & Fratrum Nostrorum Consilio, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis præservativis, restrictivis, mentis attestativis, derogatoriarum derogatoriis, alisque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiamsì inibi caveatur expreßè, quod illis, nisi sub certis modis, & formis, & nisi de expresso eorum consensu, ad quorum favorem concessa fuerint, derogari possit; & aliter factæ derogationes nullius sint roboris, vel momenti, & aliis quomodolibet concessis, etiam sæpius approbatis; & innovatis. Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo adversentur, ut plures, quàm superius expressos casus contineant, auctoritate, & tenore præmissis omninò, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis, quoad superius descripta dumtaxàt, reducimus; & nolumus cuiquam de cętero suffragari, & quâlibet aliâ dicta Sedis Indulgentiâ Generali, vel Speciali, per quæ præsentibus non expressâ, vel ad verbum non insertâ, effectus earum quomodolibet valeat impediri.

Ut autem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in valvis S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, Basilicarum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ de mo-

more affigi, & publicari, earum etiam exemplis inibi affixis, & dimissis; ac post publicationem hujusmodi volumus, & decernimus, ut omnes, & singulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent. Earumdem verò præsentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, eamdem fidem in Judicio, & extrà illud, ubique gentium, & Locorum haberi volumus, quæ eisdem originalibus Literis haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ moderationis, præcepti mandatorum, decretorum, reductionum, declarationum, prohibitionis, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo primo, nono Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Constitutio 36. Alexandri PP. VII., quâ prohibentur Musicæ indecentes in Ecclesiis, & Oratoriis Urbis.

PIa solicitudinis studio ducimur, ut Ecclesiarum, Divinis Laudibus, & Orationi destinatarum, ac Oratoriorum almæ Urbis nostræ, ex quâ in omnes Orbis

bis partes bonorum operum exempla promanant, decori, & reverentiæ, consulere satagentes, quæcumque vana, & præsertim Musicos concertus, & symphonias, quibus quid indecorum, sive à Ritu Ecclesiastico alienum, non sine Divinæ Majestatis offensa, & Christifidelium scandalo, ac devotionis, & cordium ad superna elevationis impedimento admiscetur, ab illis procul arceamus.

§. 1. *Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio, omnibus, & singulis Archipresbyteris, eorumque Vicariis, ac Capitulis, & Canonicis, Choroque Præfectis quarumvis Ecclesiarum, & Basilicarum, etiam Patriarchalium, nec non Prælatis, Superioribus, Rectoribus, Administratoribus, Custodibus, Guardianis, aliisque Officialibus, quocumque nomine nuncupentur, quorumvis Monasteriorum utriusque Sexus, Domorum, Conventuum, & Collegiorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium, ac Congregationum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hospitalium, Archihospitalium, & Locorum Piorum, etiam Laycorum dictæ Urbis, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium, sub pęnâ Excommunicationis latæ sententiæ, nec non privationis fructuum unius mensis, ac suspensionis ab officio, respectivè probibemus, ne in eorum Ecclesiis, & Oratoriis, dum Officia divina celebrantur, vel Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum manet expositum, quidquam cantari permittant, præter ea verba, quæ à Breviario, vel Missali Romano, in Officiis de proprio,*

 vel

vel de Communi, pro currenti, cujusque diei festo, vel Sancti Solemnitate præscribuntur, vel quæ saltem à Sara Scriptura, aut Sanctis Patribus desumpta sint; quæ tamen prius à Congregatione Venerabilium etiam Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum specialiter approbentur, exclusis modulis iis, qui choréas, & profanam potius, quàm Ecclesiasticam Melodiam imitantur.

§. 2. *Quod ut exactius servetur, Superioribus, & Officialibus, aliisque prædictis, ad quos spectat, sub eisdem pœnis injungimus, nè Musicæ Præfectos ad hujusmodi munus recipiant, vel receptos inposterùm admittant, nisi prius præstito ab eisdem juramento de observandis præsentibus Literis; cui juramento si contravenerint, à Dilecto Filio Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Vicario in Urbe prædicta in Spiritualibus Generali, tamquam periuri, etiam corporaliter puniantur, ac exercitio Officii hujusmodi perpetuò privati remaneant, absque spe redintegrationis, quæ à nemine quacumque auctoritate prædito, etiam specialem expressionem requirente, præterquam à Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus Nostris concedi possit.*

§. 3. *Decernentes ipsas præsentes Literas &c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. *Aprilis* 1657. *Potificatus Nostri Anno tertio.*

Re-

Resolutio S. Congreg. Concilii super restauratione Ecclesiarum.

IN *Cathacen. 16. Decembris 1634. S. Congregatio Concilii censuit, ad refectionem Ecclesiarum cogendos esse earumdem Ecclesiarum Parochialium Rectores; quod si redditus ipsarum Parochialium non sufficerent, Episcopum Juris remediis, juxta formam* cap. 7. sess. 21. *ipsos Parochianos cogere debere.*

Alia declaratio super idem.

IN *Castro Durantis 2. Junii 1595. Congr. Concilii censuit scribendum ad Abbatem, ut Domum pro necessaria Parochi habitatione curet ædificari ex fructibus, & proventibus quibuscumque ad Parochialem ipsam pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, Patronos, si qui sint, vel alios, qui fructus aliquos, ex dicta Parochiali percipiant, & in eorum defectum Parochianos dictis remediis opportunis compellat, quemadmodum de Instauratione Parochialium Ecclesiarum cavetur Decreto Concilii* cap. 7. sess. 21. *quod Congr. declaravit habere locum, etiam in refectione, vel ædificatione Domus necessariæ ad Parochi habitationem.*

Declaratio Sac. Congr. Concilii super Oratoriis Regularium.

IN *quodam Domo rurali sita in loco, in quo plures degunt habitatores, & adest etiam Ecclesia Parochialis, commoratur unus Sacerdos Regularis, qui præ-*

est administrationi, & cultura Bonorum Conventus in dicto loco existentium. Cum autem dictus Regularis, licèt reluctante Ordinario Loci, prætendat in dicta Domo Missam celebrare, fretus opinione nonnullorum Auctorum, præsertim Regularium, affirmantium à S. Concilio Trid. nunquam derogatum fuisse Privilegiis concessis Regularibus habendi Oratoria in Grangiis Conventuum, recreationi, vel Bonorum administrationi destinatis, dubitari contingit.

An dictus Sacerdos Regularis, absque peculiari Sedis Apostolicæ indulto possit in dicta Domo celebrare.

Sacra Congregatio die prima Martii 1687. respondit negativè.

Declaratio ejusdem Sac. Congr. super Oratoriis privatis, in Placentinâ 14. Nov. 1676.

Congregatio Concilii censuit, si Capella sit constructa in loco, ad quem omnibus patet aditus, nec habeat aditum, seù prospectum ullum in privatas ędes, d. q. Scipio publico Instrumento se obliget semitam, qua itur ad Capellam, cuicumque liberam in perpetuum servare, atque illius Dominio, ac juri denunciet, Decreto de privatis Oratoriis hac de re edito non comprehendi, ibique de licentia Ordinarii posse Missas celebrari. Tom. 13. Decr. par. 117.

Similis Declaratio in Lusitanâ 16. Martii 1652.

Congregatio Concilii censuit non licere alicui, absque speciali Sedis Apostolicæ facultate, fene-

nestras, nec alios aditus habere ad Ecclesias pro Missis, & aliis Divinis Officiis audiendis.

Sac. Congr. Episcoporum in Hyeracen. 6. Decembris 1612. Non deve permettere l'Ordinario, che dalle Case private si possa avere ingresso, e transito nelle Chiese, senza licenza della Sacra Congregatione, & in aliis resolutionibus relatis per Nicol. in Flosc. in v. Ecclesiâ.

Aliæ resolutiones ejusdem Sac. Congr. super eâdem materiâ.

AN prohibitione Decreti Pauli V. super Oratoriis privatis comprehendatur Capella Carcerum publicorum.

Sac. Congregatio Concilii censuit non comprehendi Capellam Carcerum publicorum. To. 18. Decret. pag. 543.

An in Oratorio intus Seminarii ædes existente, prout etiam in Oratoriis intus Sacristiam Ecclesiarum Sęcularium, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum, & Parochialium, quatenus Oratoria ipsa decenter ornata sint, & ab Episcopo approbentur, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, absque Sedis Apostolicæ facultate, offerri valeat, adeòut præfata Oratoria in cap. unico de obs., & evitand. sess. 22. Sac. Conc. Trid. *non comprehendantur.*

Sac. Congregatio Concilii respondit prædicta omnia Oratoria, neque Decreto Concilii, in cap. unic. de obs., & evit. sess. 22. *neque in Decreto Congregationis de Oratoriis privatis comprehendi.*

De-

Decretum generale SS. D. N. D. Clem. PP. XI. de Celebratione in Oratoriis privatis.

QUoniam Sancta Sanctè tractanda sunt, ac præsertim tremendum incruenti Sacrificii Mysterium, quod omni Religionis cultu, & veneratione peragendum est, propterea super observandis, & evitandis in celebratione Missarum, in Sacrosanctis Æcumenicis Conciliis, ac præsertim Tridentino, sub cap. unico sess. 22. *inter cetera statutum est, ut tantum* Sacrificium *solummodò in Ecclesiis, aut Oratoriis divino tantùm Cultui dicatis celebraretur, præcipiendo Episcopis, & Locorum Ordinariis, nè privatis in Domibus, atque omninò extrà Ecclesiam peragi paterentur; ac subinde Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium ipsius Concilii Tridentini executioni, & interpretationi Præpositorum, sæpe sæpius per opportuna Decreta obrepentes abusus eliminavit. Modernis tamen temporibus innotuit Sanctiss. Domino Nostro, quod Nonnulli Episcopi, sub prætextu privilegiorum, Capellis Episcopalibus competentium, & complures Regulares, sub prætextu privilegiorum, quæ ipsis à S. Sede indulta noscuntur, per hujusmodi Privilegiorum dilatationem, seù potius excessum, & abusum in nonnullis Diœcesibus, præsertim Regni Neapolitani, ac in ipsa Neapolis Civitate, ea sibi licere putant, quæ permissa non sunt, quinimò probibita. Siquidem nonnulli Episcopi, etiam in alienâ Diœcesi, & extrà* Domum propriæ habitationis *in privatis Laycorum Domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures ex suis*

ſuis Capellanis vivificam Christi Hostiam immolare; Regulares verò in quibuſdam Magnatum, ſeù aliarum Nobilium Perſonarum privatis Oratoriis, quæ certis quandoque ex cauſis à S. Sede Apoſtolicâ concedi ſolent, celebrare audent, vel plures Miſſas, quàm in ipſis celebrare ſit indultum, vel abſque præſentiâ Perſonarum, quarum contemplatione gratioſa conceſſio emanavit, *vel extrà debitas horas, & poſt meridiem, vel illis etiam diebus, quibus per Conſtitutiones Diœceſanas, aut etiam per Decreta Sacræ Congregationis Concilii celebrari prohibetur, aut quæ in ipſiſmet Indultis Apoſtolicis excipiuntur, quominus in iis celebrari poſſit, aut etiam Altari portatili uti non verentur in Sanctarum Sanctionum contemptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam.*

Quamobrem ad abuſus hujuſmodi eliminandos, & ad inſtaurandam venerationem tremendo Miniſterio debitam, idem SS. D. Noſter, ex unanimi Voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, inhærendo declarationibus, aliàs hâc de re editis, expreſsè declarat Epiſcopis, & his Majoribus Prælatis, etiam Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque ſub prætextu privilegii clauſi in corpore Juris, neque alio quocumque titulo, ullo modo licere extra domum propriæ habitationis, *in domibus laycis, etiam in propria Diœceſi, quod fortius intelligitur in alienâ, etiamſi Diœceſani conſenſus adhiberetur, erigere Altare, ibique Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrare, ſeù celebrari facere, ac pari modo in Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Sedem conceſſa fuerint, non licere Regularibus cujuſvis Ordinis, aut Inſtituti, ſeù Con-*

gre-

gregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Jerosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis Sanctissimæ Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque Anni Festis Solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis. In reliquis verò diebus, prædictis Regularibus, seù Sacerdotibus quibuscumque, etiam Episcopis in præfatis Oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, celebrata fuerit, super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; atque illa etiam in casibus permissis celebrari nequeat post meridiem, demandando propterea ulterius, ac declarando in omnibus hujusmodi casibus Personas quascumque dictas Missas audientes, nullatenus Ecclesiæ Præcepto satisfacere. Quò verò ad Altare portatile, iterùm inhærendo declarationibus supradictis, censuit licentias, seù Privilegia concessa nonnullis Regularibus in cap. in his de privileg., *& per aliquos Summos Pontifices Regularibus communicata, utendi dicto Altari portatili, in eoque celebrandi, absque Ordinariorum licentiâ, in Locis, in quibus degunt, omninò revocatà esse per idem Sacrum Concilium, & proptereà eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout præsentis Decreti tenore mandat, Episcopis, aliisque Ordinariis Locorum, ut contrà quoscumque contravenientes, quamvis Regulares procedant, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ad pœnas præscriptas per idem Sacrum Concilium in dicto Decreto* sess. 22. *usque ad censuras*

la

latæ ſententiæ, tributâ etiam eiſdem facultate per hoc Decretum ità procedendi, perinde ac ſi per S. Sedem ſpecialiter conceſſa fuiſſet. Et ità Sanctitas Sua declarat, & ſervari mandat.

Romæ hâc die 15. Decembris 1703.

B. Card. Panciaticus Præf.

Jo. Dominicus Thomatus Epiſcop. Cyrenen. S.C. C. Sec.

REQUISITI DELL' ORATORIO PUBBLICO.

Illuſtriſs., e Reverendiſs. Sig. mio Oſſervandiſs.

IN *ripoſta della di VS. Illuſtriſs. devo dire, che ad effetto, che l'Oratorio ſia pubblico, ha di biſogno di due circoſtanze, o qualità. La prima, che abbia parte in via pubblica. La ſeconda, che non vi ſi poſſa entrare da luogo privato. Onde non importa, che la Fabrica della Chieſa ſia in fondo privato, perchè* favore Eccleſiæ, ſeù Oratorii publici fundus cedit fabricæ, & conſequenter non remanet privatus, ſed fit Eccleſiæ pro ſervitio publico. *Ma quando la Chieſa è fabbricata in un Prato, ovvero Terreno di privato, biſogna, che* omnibus ad Eccleſiam pateat liber acceſſus. *Onde, non eſſendo libero l'acceſſo in Prato, o Terreno particolare, potendo il Padrone del Prato, o Terreno proibire l'acceſſo quando, ed a chi gli piace, per levare queſta privanza, chè eſclude la pubblicità, fa di biſogno, che il Padrone del Prato, o del Terreno, faccia una ſtrada pubblica nel Prato, non ſolo diſtinguendola dal Prato, o Terreno, con due foſſi, che*

arrivino dalla strada pubblica alla porta della Chiesa, ma anco a perpetua memoria si faccia Istrumento, e Rogito pubblico, di tale assegnazione di via pubblica. In oltre, quando la Chiesa, o Oratorio pubblico è attaccato al Palazzo, o Casa di privati, ovvero ad altro privato Edifizio, non solamente bisogna avvertire, che non vi sia altra porta, che in strada pubblica, come si è detto di sopra, ma che anco nè di sopra verso il tetto, nè di sotto al detto Oratorio vi sia Camera, o Cantina, e altro ad uso Laicale profano. Che è quanto posso dire a VS. Illustris., alla quale affettuosissimamente bacio le mani. Di Roma li 30. Agosto 1631.

Di VS. Illustris., e Reverendiss.

Devotissimo Servo
Marco Aurelio Moraldo.

Lettera Circolare per ordine della Santità di N. Signore scritta dalla Sacra Congregazione de' Vescovi, sopra la venerazione, e rispetto dovuto alle Chiese 30. Lug. 1701.

PRemendo alla Santità di N. Signore di sodisfare alle parti del suo Apostolico Ministero, con andare estirpando, per quanto è possibile, dal Popolo le offese, che si fanno al Signore Iddio, e quelle particolarmente, che cagionando pubblico scandalo, portano più irreparabile rovina spirituale all'Anime, e provocano maggiormente l'ira divina sopra di noi: ha posto l'occhio fino dal principio del suo Pontificato, in primo luogo sopra l'abuso oggimai troppo universale, del poco rispetto, che si usa alle Chiese, le quali dovendo esser

case

case di orazione, pajono per la irreligiosità di molti mali Cristiani, quasi ridotte a case di libertà, e di peccati.

Mi hà però comandato espreßamente la Santità Sua, d'incaricare a suo nome a VS., siccome a tutti gl'Ordinari d'Italia, e dell'Isole adiacenti, che con ogni studio, e diligenza procuri di porgere rimedio all' inconveniente predetto, e di restituire alla Casa di Dio la riverenza, ed il rispetto, che gl'è dovuto. Ed a tale effetto la Santità Sua, rinovando colla presente tutte le disposizioni de' Sagri Canoni, Costituzioni, e Decreti Apostolici, altre volte fatti, e promulgati da' Sommi Pontefici Suoi Predeceßori, intorno alla steßa materia vuole, che VS.

1. *Per mezzo di Prediche, e Sermoni, o con Editti, e Lettere Circolari, istruisca, e faccia ben ponderare a suoi Popoli, quanto dispiaccia alla Maestà di Dio l'irreverenza nelle Chiese, insinuando le minaccie della Sagra Scrittura, ed i Castighi publici, come di peste, fame, guerra, terremoti, e simili, che per comune sentimento de' Santi, suole Dio specialmente mandare, per vendicare gli affronti, che i mali Cristiani vanno a fargli nella sua propria Casa* : quoniam ultio Domini, est ultio templi sui. *In segno di che, come notano i medesimi Santi, non si trova, che Cristo Signore Nostro castigasse colle sue proprie mani altro peccato, che questo, mentre con i flagelli scacciò i Profanatori del Tempio.*

2. *Prescriva a' Confessori, che ammoniscano seriamente sopra di ciò li penitenti.*

3. *Faccia specialmente avvertire le Donne, che*

vengano alle Chiese colla dovuta modestia, ed umiltà, non con pompe, gale, vanità, ed ornamenti indecenti, ne con alterigia, o fasto più confacevoli a luoghi di libertà, e feste profane, che al Santuario di Dio; ricordandosi, che alla Chiesa deve andarsi per placare l' ira Divina, non per irritarla; e non per commettere, e cagionare nuovi peccati, ma per cancellare i commessi: non potendosi udire senza orrore, che per cagione dell' immodestia feminile, siano in alcuni luoghi le cose ridotte a segno, che in vece di andare alle Chiese per trovarvi la divozione, convenga talora fuggirne per non la perdere.

4. *Dove potrà farsi commodamente, si destini, ed assegni agl' Uomini luogo destinato, e separato da quello delle Donne; ne si permetta che gl' uni si fermino, e stiano in quello dell' altre; dimodoche resti tolta tra di loro ogni indecente communicazione.*

5. *Insista onninamente che nelle Chiese non si faccino colloqui profani, circoli, o strepiti; ne si trattino negozi, e molto meno si amoreggi; riprendendo con Santo Zelo i trasgressori, e castigandoli severamente con implorare anco, in caso di bisogno, l' ajuto del braccio Secolare.*

6. *Specialmente invigili, che al Santo Sagrificio della Messa assistano tutti con attenzione, e religiosità, che conviene ad un Mistero sì venerabile; e mostrino anche esternamente, di starvi presenti, non pure col corpo, ma etiamdio colla mente, e con divoto affetto del cuore.*

7. *Ordini altresì agl' Ecclesiastici, che nella divozione, modestia, e decoro, in celebrare i Divini Offi-*

fici, ed esercitare l' altre Sagre funzioni, si portino in guisa, che non abbino a soggiacere alla maledizione intimata da Dio a chi fa l'opera sua negligentemente, e si tolga a Secolari ogni occasione di scandalo, e di male esempio.

8. *Proveda prontamente, che l' istessa modestia, e divozione si osservi dal Clero, dal Popolo nelle Processioni Ecclesiastiche, le quali essendo state istituite per implorar grazie, e misericordia dal Signore, e per ringraziamento de' Benefizi ricevuti da S. D. M., debbono essere accompagnate, non da discorsi vani, e portamenti indecenti, che pur troppo si vedono, come se si andasse a diporto; ma da Orazione, ed altri Atti di Cristiana Divozione, che possono esser graditi dal Signore Iddio, secondo l' intenzione di S. Chiesa.*

9. *Molto più si faccia ciò osservare, quando nelle dette Processioni si porta il SS. Sagramento, o nelle Feste Solenni, o per il Santo Viatico agl' Infermi; nella quale occasione sarà molto lodevole, che per quanto potrà VS. procuri d' introdurre nella sua Diogesi l' osservanza delle regole, ed instruzioni sopra ciò promulgate in quest' Alma Città di Roma, l' Anno 1695. dalla San. Mem. d' Innocenzo XII. eccitando i Fedeli a rendere in quella Sagra azione ogni più divoto ossequio al Venerabilissimo Sagramento dell' Altare, anche per conseguire i Tesori Spirituali delle Sante Indulgenze a tale effetto concedute da' Sommi Pontefici, e specialmente dalla San. Mem. di Papa Innocenzo XI., e susseguentemente dall' istesso Innocenzo XII.*

10. *Procuri, che le Feste, e le Solennità si celebrino con modestia, e divozione, e senza spettacoli, conviti*

viti smoderati, e profanità vietate da' Sagri Canoni: e che nelle Musiche si osservi il decoro Ecclesiastico, senza mescolanza di parole non usate dalla Chiesa. In tali Solennità, ancorchè maggiori, li Divini Offici, e le Messe cantate si celebrino, secondo gli approvati Sagri Riti, ed alle ore prescritte dalle Rubriche; dimodoche le Meße cantate non si prolonghino più, che fino al mezzo giorno, ed i Vespri, e le Compiete, oltre al tramontar del Sole; avvertendo, che alle 24. siano terminati tutti i Divini Offici, ed ogni altra Sagra funzione, e nella medesima ora siano serrate tutte le Chiese, e questa regola debba anche esattamente praticarsi nelle vestizioni, e velazioni delle Monache.

11. *In caso di trasgressione circa le predette cose, minacci con pubblici Editti, o in altre maniere, che stimerà più proprie, gravi pene, ed anco il proibire le sopraddette funzioni, e feste, e di sottoporre, in caso di bisogno, all' interdetto Ecclesiastico le medesime Chiese.*

12. *Proibisca onninamente, e sotto gravi pene, a' poveri, ed a mendicanti l'andar cercando limosina per le Chiese, nascendo da ciò un gran disturbo a' Divini Officj, ed alle Orazioni de' Fedeli.*

13. *Ordini a' Parochi l'invigilare, e correggere i delinquenti circa tutte le cose suddette, e bisognando denunziarli al Tribunale; castighi gl' istessi Parochi, quando in ciò manchino.*

14. *Intimi la medesima vigilanza, ed attenzione agli Superiori Regolari per le Chiese loro; ed in caso di contravenzione, o negligenza, oltra agli altri rimedj prascritti da' Sagri Canoni, ne dia parte a que-*

sta

sta Sagra Congregazione, che punirà i medesimi Superiori, anco colla privazione de' loro Officj, ed altre pene più gravi.

Confida la Santità di N. Signore, che basterà questo semplice eccitamento al zelo di VS. per animarla a compire esattamente in questa parte al suo debito Pastorale, per non essere incolpata al Tribunale di Dio, di aver taciuto, quando conveniva alzar la voce, e la mano contro i Profanatori del Santuario; e che però sarà ella per impiegare ogni studio, a fine di provedere ad un disordine sì importante, e sì scandaloso, che in verità ferisce il paterno cuore della Santità Sua, la quale è risoluta di fare quanto è possibile dal canto suo, acciocchè si tolga questa abbominazione dal luogo santo; e che la nostra Italia, in cui risiede il capo visibile della Chiesa, e che è posta, come sotto i sui occhi, possa anche in questa materia di rispetto alle Chiese servire di esempio a tutte le altre Nazioni del Cristianesimo, ed in tal maniera preservarsi da quei flagelli, che per castigo delle nostre colpe pur troppo ci vengono presentemente minacciati dalla Divina Giustizia.

G. Card. di Carpegna Prefetto.

G. D. Peracciani Prosegretario.

CAP-

CAP. XV.

De Bonis Ecclesiasticis.

BOna inter Ecclesiæ, Sacras Principem nemo dubitat obtinere locum Reliquias, viva cum olim Christi Membra, Sanctique Spiritus Templum, Bonorum nunc verò omnium reverà Dei Promptuaria Largitoris existant; unde præcipuum esse habendas in honorem, Sacri monent Trid. Decreta Concilii, &, dum certò credimus apud Deum Sanctos pro nobis in Cœlo nostras ad sublevandas necessitates intercedere, ea in terris nostra interest venerari. Hujusmodi Sacræ igitur Reliquiæ honestissimis in locis clave obseratis, suis in thecis, eâ quâ decet honorificentiâ, affabrè elaboratis custodiantur, nostroque munitis Sigillo, nulli quantumvis alteri sacræ rei intermixtæ asserventur; & Ministerio Sacerdotis dumtaxat superpelliceo, ac Stolâ induti omninò honorificentissimè cum luminibus, & cereis accensis fiat, cum Populo venerandæ exponuntur. In Processionibus autem sub Umbellâ, funalibus accensis à solo Sacerdote Albâ, Stolâ, & Pluviali induto, ac detecto capite, nisi fortè duobus, aut pluribus Diaconibus, etiam sacro eorum habitu decoratis ex magna ponderis gravitate indigeret adjutoribus, deferantur.

Reliquiæ Sanctorum omnes, quæ singulis in Ecclesiis, vel Oratoriis asservantur in peculiari eleganter descriptæ cathalogo, dummodò à Nobis re-

recognitæ fuerint, & approbatæ, recenseantur, & hujusmodi Tabella per quoscumque Ecclesiarum, Oratoriorum, & Confraternitatum Rectores, Custodes, vel Administratores in Ecclesiâ, seù Oratorio, vel alio contiguo decenti loco, ad Majorem Dei, ejusque Sanctorum Gloriam legenti cuicumque perspicua appendatur. Cetera, quæ de Reliquiis essent dicenda, præter à Tridentinâ sancita Synodo, Romanoque Cathechismo per Summos habentur Pontifices determinata; quare hìc eorum inferius apponentur Decreta, ut à cunctis valeant observari, sicuti pœnis præcipimus Nostro arbitrio infligendis.

Sacras post Reliquias, sacræ pariter accedunt Imagines, quæ ut debitâ detineantur veneratione, & Populorum sanctificationis sortiantur effectum, Urbani VIII. Constitutionis, hanc ob causam hìc apponendæ, præcipimus observantiam; &, si hoc non obstante, insueta quæpiam Imago, præsertim in Ecclesiis, aut aliis piis, ac etiam publicis locis, vel insolito modo pingatur, sculpatur, aut apponatur, in eis insuper indecorum, obscænum, profanumque, habitu, vultu, actione, ac totâ prorsus effigie conspiciatur, quo Fidelium mentes, oculique possunt offendi, decem pœnâ aureorum delinquentes mulctentur: Altaria autem, ubi hujus generis essent, Icones appositæ, sint ipso facto interdicta quamdiù novæ effingantur, quæque pietatatem excitent intuentium: sicuti etiam, si nostrâ absque Benedictione, & licentiâ essent appositæ, aut de ipsis Imaginibus nova aliqua Miracula, fo-

rent à Nobis non recognita promulgata, & prædicta patrantes ipso sint facto à Divinis suspensæ,

Sacra nunc vasa sequuntur, Calices videlicet, Patenæ, Pyxides, vascula Sanctissimo pro deferendo Viatico, Ostensoria [de vasculis pro oleis jam satis est dictum, superque suo loco] omnia sint argentea, saltem quoad cuppam, [& de Ostensoriis loquendo, lunula sufficit quod sit argentea] interius pariter deaurata, ubi Corpus, & Domini Nostri Jesu Christi ponitur Sanguis, & lunula sit auro superinduta per totum. Hæc sacra sic auro linita Vasa, semper munda, absque rubigine conserventur, sine maculis, & celaturis, non decrustatæ, decentissima demùm omni ex parte pro Missæ Sacrificio, & Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, existant, præservando; trium contrafacientes aureorum pęnâ mulctentur, & Vasa ipsa illicò suspensa remaneant. Si quis autem istis uteretur suspensis Vasibus, decem aureorum pœnæ, quâ volumus esse comprehensos, qui Vasibus hujusmodi à Nobis non consecratis uteretur, decernimus subjacere.

Sacræ Sacerdotis, cujuscumque sint generis, Altarisque supellectiles, antequam in usum assumantur, Nostrâ, vel habentis à Nobis facultatem, benedictione sanctificentur, deinde semper mundæ nitidæ, & non laceræ suis in Armariis tueantur. Quæ si ità autem essent consumptæ, ut refici de facili non possent, sint ipso facto interdictæ. Indumenta Sacerdotalia osculanda, signo decorata sint Crucis, & figuram, latitudinem, & longitudinem à Gavanto insinuatam, & accuratè descriptam in appendicibus

ad

ad Missalis Rubricas par. 5. de mensuris Sacrarum Supellectilium, & de nitore, & munditiâ ipsarum, observent. Nec tàm lata, nec tàm exigua sint Corporalia, sed uncias ad minus triginta tàm longitudo, quàm eorum pateat latitudo. Pallæ semper sint lineæ à parte saltem inferiori, figuræque quadratæ: Purificatoria pariter linea, latitudo quorum unciarum ad minus quindecim existat, & unciarum circiter longitudo viginti, & in medio, ad manutergii differentiam, quod majoris debet esse latitudinis, & longitudinis, Crux apposita videatur. Mappæ Altaris Superiores lineæ, eam retineant longitudinem, ut ab utroque Altaris latere ferè ad terram usque demissæ existant, latitudine verò totam contegant Altaris Mensam: inferiores mappæ, quod totam saltem cooperiant mensam est satis; & stragulatam Altare unumquodque, vel coriaceam, habeat telam, ad illud finitis Missis operiendum, longitudine, ac latitudine, quæ totam illius undique Mensam contegat, & paulo amplius; & ubi non adest, sub pœnâ unius aurei infra mensem provideatur.

Sicuti quodlibet Altare, præter hucusque dicta Crucem cum Imagine Crucifixi exculptâ debet retinere, & sex majus Candelabra Altare, & alia ad minus quatuor, & cetera, quæ in Cap. 20. præscribuntur Rubricæ Generalis Missalis, cujus omnibus observantiam, & singulis rigorosè præcipimus; quælibet sic Sacristia, vel Parochialium Ecclesiarum Sacrarium, has debet infrascriptas habere supellectiles, videlicet.

Due Pianete per qualſivoglia colore, eccettuato il color verde, di cui ne baſterà una, e ſiano di ſeta, o almeno di filaticcio, con le ſue Stole, manipoli, con tanti ſopracalici, e Borſe.

Cinque Paleotti, cioè bianco, roſſo, verde, pavonazzo, e nero.

Tre Camici di lino, co' ſuoi Amitti, e Cordoni parimente di lino.

Quattro Corporali, dodici Purificatoi, e quattro Palle, ſei Fazzoletti per l' Ampolle, due Berrette, due Meſſali de' Vivi, e due de' Morti; un Piviale bianco, due Cotte, una Piſſide grande col ſuo Conopeo, ed uno Scatolino di argento per il Viatico. Due Calici almeno colla coppa di argento, con le loro Patene dorate, un Turibolo colla ſua Navicella, e Cucchiarino; una Secchiolina col ſuo Aſperſorio di argento, o di ottone, due para di Ampolle, co' ſuoi piattellini, due Campanelli un Baldacchino bianco, ed un' Ombrello, o di ſeta, o di filaticcio: ſei Tovaglie, quattro delle quali ſiano lunghe, e due corte, un Cuſcino, ovvero un Leggio, o ſcaletta, un Rituale, una Croce, e una divota Immagine; quattro fiori almeno da porſi nell' Altare; e finalmente la tavoletta della preparazione alla Meſſa, ed il commodo da lavarſi, ed aſciugarſi le mani avanti, e dopo la Meſſa.

Hæc itaque exigua ſupellectilium ordinatio pauperes afficiat Parochos, atque ſimiles operarios, at divitiores, & opulentiores Operæ Adminiſtratores, & Parochi majori cum ſplendore, & copiâ reſpectivè provideant eorum Eccleſias, ut oneri ſuo le-

legitimè satisfaciant. Qui autem in præcipuè supranotatis contrafecerit, eam in pœnam incidat pecuniariam, quæ ad duplicatum illud unum sufficiat, quod deficeret, comparandum.

Omnibus Parochis, Rectoribus, aliisque pariter Conservatoribus, & Ecclesiarum, etiam Laycis Administratoribus; hujusmodi Sacras Supellectiles alienare interdicimus, seù pignorare, nec non Laycis commodare, aut in usum quomodolibet profanum transferre. Sic autem hujusmodi commodantes, & pignorantes, vel alienantes, ultrà pœnas à Jure, & Pontificiis à Constitutionibus inflictas, statim ad eas redimendas, vel per fructuum subtractionem, vel per excommunicationem cogendos decernimus, & Commodatarios, vel Creditores, qui eas pignoris loco Nostrâ fine facultate acceperunt, ad restitutionem nullâ præviâ erogatæ pecuniæ refusione compellendos, licet aliter satisfacti non fuerint, vel satisfieri desperent. Si verò pro ludicris faciendis, Sacra unquam Supellex fuerit à quocumque commodata, tùm commodantes, cùm commodatis utentes, in pœnam Excommunicationis, & quinque Scutorum Piis Locis applicandorum, condemnamus. Vetustis autem rebus in aliorum innovationem utantur, quod autē inutile fuerit, quàm alienetur, potius comburatur.

Ad Bona tandem Ecclesiarum immobilia deveniendo, omnes in primis Parochi teneantur bis in anno patrio sermone inter Missarum Solemnia Decretum Concilii Tridentini *sess.* 22. *Cap.* 11. *de Reform.*, quod incipit: *Si quem Clericorum, vel Laycorum*, ac illud ejusdem Concilii *sess.* 25. *Cap.* 12, cujus

cujus est initium; *non sunt ferendi*, Fidelibus declarent, ut planè omnes Ecclesiasticarum rerum usurpatores, excommunicatione Soli Pontifici reservatâ, sese ipso facto, intelligant, innodari. Subtrahentes autem Decimas, vel earum solutionem impedientes, Juris ordine servato excommunicandos esse, nec absolvendos, donèc plenè satisfecerint, ut qui à sceleris turpitudine non abhorrent, saltem pœnę metu coerceantur.

Quod de Bonis non alienandis Mobilibus diximus; multò magis valet, & est de Immobilibus dicendum, Nullus idcircò audeat, sivè Ecclesiasticus, sivè Laycus, præfata alienare Bona, aut usurpare, vel invadere, aut etiam pignorare, & ultra triennium locare, sub latæ sententiæ excommunicationis pœnâ, & Beneficiorum privationis, prout latius in Pauli II. constitutione continetur, quam inviolabiliter observandam præcipimus, & quæcumque à Sacris Canonibus contra occupantes, vel distrahentes extrà casus à Jure permissos, ea omnia innovamus, restituimus, & inconcusè per Nos, & Curiam Nostram exequenda protestamur. Quæ omnia, ut executioni facilius demandentur, compendiosam maternâ linguâ exaratam prædictæ Pauli II. Constitutionis, & 26. Concilii, unà cum declarationibus Sacræ Congregationis super Ecclesiasticorum alienatione Bonorum, &c. declarationem volumus apponendam.

Bonorum Arbores Ecclesiasticorum fructiferas, nulli cędere, absque Nostrâ in scriptis obtinendâ licentiâ, sub pœnâ Clericis suspensionis, &

& ab Officio, & Beneficio, & Laycis Excommunicationis latæ sententiæ, prout fuit in Synodo Provinciali statutum, quæ sylvarum incisionis excipit casum, quæ cædi usus obtinuit, permittatur. Qui verò Scripturas, aut documenta, vel Inventaria ad Ecclesias, Beneficia, & Pia Loca spectantia, occultare, supprimere, aut lacerare præsumpserit, ut suprà, pœnam Excommunicationis incurrant.

Omnes illi, sive Parochi, sive Beneficiati, qui Bona possident Ecclesiastica, & eorum incuriâ, & negligentiâ fiunt deteriora, & saltem eo quo modo receperunt, non conservantur, imò non melioris redduntur conditionis, severè punientur. Unde in Visitatione quamprimum dictorum à Nobis faciendâ Bonorum, si domos ruinas minantes, vel Prædia inculta, vel alia in malum statum redacta, inveniemus, pœnas ultra arbitrarias, statim suprà fructuum Intaginas facere mandabimus, ipsosque ad ea resarcienda applicare, quæ indigent reparatione, & facienda, quæ opportuna videbuntur; Idcircò nunc omnes, singulosque monitos supradictos volumus, ut hoc temporis intervallo omnia Bona sua ad meliorem redigant frugem, ut sicuti cupimus, laudanda, & approbanda, non autem vituperanda, & reprobanda inveniamus.

Et quoniam sæpenumerò Successorem inter, & hæredem Antecessoris lites, & controversiæ oriuntur super fructuum divisione, sive naturales, sive industriales fructus, qui Beneficiati mortis tempore à solo fuerint separati, ad illius hæredes spectare declaramus; pendentes verò Successorem in

Be-

Beneficio acquirere; quod quidem sibi vindicare locum volumus, si fructus fuerint prædicti locati, & adhuc solutionis pensionis dies non advenerit; licèt enim non venerit, tamen si fructus, quorum causâ Affictus solvitur à solo sint separati, eos defuncti hæres consequatur; sin ante ipsa dies mortem venerit Prædecessoris, fructus verò adhuc pendentes existant, eos in Beneficio Successor adipiscatur. Fructus verò Civiles, illi scilicet, qui ex re naturaliter infructuosâ, quasi dietìm percipiuntur, venerit, necne solutionis dies pro ratâ temporis inter hæredem Prædecessoris, & Successorem in Beneficio dividantur, excepto tamen Emphiteusis Canone, qui in Dominii solvitur recognitione, & fructus non æquat, (nam si æquat, ut in Affictu proceditur] qui Canon pro rata non est dividendus; at si dies solutionis ante mortem Prædecessoris advenerit, integrum illius hæres habeat, ni venerit, in toto Dominus sit successor.

Defuncti adhuc Beneficiati hæres, cujuscumque Sacræ Supellectilis generis, & ubicumque ea sint, nullam habeat petendæ actionem, sed illibata Successori, & in Inventario descripta tradatur, consuetâ penitùs exceptione rejectâ: quod Defunctus, non Ecclesiæ, sed sibimet eam ad privatum usum, non ex Beneficii fructibus, sed ex propriâ pecuniâ comparaverit: nisi enim vivens Parochus intra Annum factæ acquisitionis, coram Nobis, vel Nostro Generali Vicario exceptionem hujusmodi rigorosè probaverit, & exemptionis declarationem in scriptis impetraverit, & è vivis sublato, Sacra

Mo-

Mobilia quomodocumque quæsita Ecclesiæ acquiri decernimus.

Quæ omnia, & singula, ut facilius valeant observari, & ut inposterum Bonorum indemnitati Ecclesiasticorum, Ornamentorum, Sacrorum Vasorum, nec non Supellectilium, quantum possumus provideamus, omni quâ pollemus auctoritate, quod quatuor post menses ab harum publicatione Constitutionum, omnes Rectores, Gubernatores, Administratores Ecclesiarum, Beneficiorum, Confraternitatum, aliorumve Locorum Piorum Nobis subjectorum, teneantur, ac debeant Inventarium conficere, singillatim describendo, & in eo fideliter adnotando, omnia Bona Mobilia, & immobilia; nempè Fundos, Agros, Domos, Jura, Actiones, Redditus, Vasa Sacra, Supellectiles, & id genus alia eorum ad Ecclesias, Beneficia, vel Pia Loca quomodolibet spectantia; terras item, Possessiones, & alia quæcumque Bona, & in Emphyteusim concessa, omnibus cum suis qualitatibus, Mensurâ, vocabulis, & finibus, rigorosè mandamus. Quod Inventarium, majus ut robur obtineat, duorum fiat cum interventu Testium, & dicti propriâ Rectoris manu scriptum, & subscriptum, & sit duplicatum, ad hoc, ut unum Exemplar Nostram ad Curiam intra Mensem transmittatur, & aliud apud se, in Visitatione ostendendum asservetur. Volumus etiam, quod horum in fine Inventariorum nota obligationum, onerum, ac Legatorum, quæ quis adimplere quotannis tenetur, apponatur. Qui fuerint negligentes, fraudemque in eo admiserint

conficiendo, sex in pœnam aureos persolvant.

Alicujus à Vicario Foraneo habitâ Ecclesiæ Vacantis notitiâ, ad eam se statim conferat, ibique Viris coram probis Testibus, duo Inventaria conficere separata teneatur, quorum unum res ipsam ad Ecclesiam pertinentes, alterum mobilia Domus, vel alia quæcumque ipsum ad defunctum, non respectu Ecclesiæ, sed sui spectantia contineat; veluti cujuscumque generis Supellectilem, Libros, scripturas, aurum, argentum &c.; quæ Inventaria confecta, sigilloque securè, ac undique signata, illicò Nostram ad Curiam transmittat: Interim quàm diligentissimè est investigandum à Nostro Generali Vicario, an omnia, quæ sunt Ecclesiæ juxtà remaneant Inventarium relicta. Si secùs, ex Patrimonio relicto Defuncti, nisi numeratâ Hæredes pecuniâ redemerint, tantùm detrahatur, quantum ad ea reficienda, quæ desunt, sufficiat, & hoc non de immobilibus tantum, quàm est de Mobilibus intelligendum. Quod si Patrimonium relictum non sufficeret, teneantur Hæredes, & censuris renuentes compellantur.

Decretum Generale de Reliquiis Insignibus.

CUm Sac. Rituum Congregationi innotuerit, quamplures abusus irrepsisse circa recitationem Officii, sub prætextu decreti ab eadem Congregatione evulgati de Anno 1630, & in Breviario Romano impressi, in quo permittitur posse in Ecclesia recitari Officia, & Missas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, aut

aut Reliquiæ insignes in eâ asserventur : Eminentissimi Patres eidem Sac. Congregationi Præpositi, iisdem abusibus evellendis præcipuè intenti, inhærendo Decretis aliàs in similibus editis, declararunt prædicta Officia Sanctorum, ratione Corporis, seù insignis Reliquiæ recitanda, intelligi debere de Sanctis, dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seù Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus.

De ceteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à S. Sede non fuit specialiter concessum Officia recitari, & Missas celebrari vetuerunt non obstante, quòd ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis asserventur: Quibus tamen ab Ordinariis Locorum approbatis, debitam Fidelium venerationem, (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio, & Missâ, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in Constitutione B. Pii V. contentis die 11. *Augusti* 1691.

Et facta de prædictis Sanctissimo per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua hujusmodi Decretum approbavit, ac ut debitæ executioni demandetur, Locorum Ordinariis injungendum esse præcepit die 19. *Octobris ejusdem anni* 1691.

Declaratio ejusdem Sac. Congregationis.

P*Etitum fuit à Sacra Rituum Congregatione declarari, an Episcopus possit statuere diem Dominicam ad celebrandum Festum alicujus Sancti Martyris,*

ris, de quo aſſervatur Reliquia inſignis in Eccleſia. Et an Tibia ſit Reliquia inſignis? Et Sac. Congregatio reſpondit quoad primum negativè, imò neque poſſe de eo celebrari officium, & Miſſam in die ipſa Martyrii, vel obitus, niſi Reliquia ſit de Sancto deſcripto in Martyrologio Romano, & conſtet de identitate Reliquiæ ejuſdem Sancti. Ad ſecundum pariter negativè, juxtà Rubricas in Mißali, & Breviario Romano impreſſas. Die 3. Junii 1662.

Ita reperitur in Regiſtro Congregationis Sac. Rituum, in quorum fidem &c. hac die 31. Maii 1681.

Bernardinus Caſalius Sec.

Conſtitutio Urbani VIII. circa formam, & habitum Sacrarum Imaginum.

S*Acroſancta Tridentina Synodus, optimè agnoſcens non leve ſcandalum afferre poſſe, ſi quid inordinarium, aut præpoſterè accommodatum, vel profanum in Eccleſiis appareat, ſtatuit nemini licere ullo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta, ullam inſolitam Imaginem ponere, vel ponendam curare, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit.*

§. 1. *Cum autem ſicut accepimus ex prædicti Decreti inobſervantiâ varii abuſus irrepſerint, idcircò nos abuſus hujuſmodi tollere pro debito Paſtoralis Officii Noſtri volentes, re etiam cum Ven. Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus Præpoſitis communicatâ, & maturè conſideratâ, & diſcuſsâ, inhærendo dictæ diſpoſitioni Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi, motu proprio, & ex certâ ſcientiâ Noſtris, deque Apoſtolica Poteſtatis plenitudine, ne quis cu-*

cujuscumque gradus, qualitatis, ordinis, status, vel conditionis, ac dignitatis, & praeminentiæ, etiam Ecclesiasticæ, etiam individuâ, ac speciali expressione digna existat, Imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quorumcumque, sculpere, aut pingere, vel sculpi, aut pingi facere, aut ante hàc sculptas, aut pictas, aut alias quomodolibet effictas tenere, seù publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu, & formâ, quam in Catholicâ, & Apostolicâ Ecclesiâ ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis tenore præsentium probibemus, ac ut Imagines aliter pictæ, vel sculptæ ab Ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveantur, vel deleantur, vel reducantur, & reformentur ad habitum, & formam in Ecclesiâ Catholicâ, & Apostolicâ ab aliquo tempore consuetam, ut veneratio, & cultus sic dictis Imaginibus augeatur, & quæ oculis Fidelium subiiciuntur, non inordinata, nec insolita appareant, sed devotionem pariant, & pietatem. Et nè exponantur in Ecclesiis quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, & earum frontispiciis, & Atriis, imagines profanæ, vel aliàs indecentiam, & inhonestatem præseferentes, cum Domum Dei decet Sanctitudo, præcipimus: Quocirca quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis, ac Nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis, ac Legatis etiam de Latere sub ostentatione divini Judicii mandamus, ut prędicta inviolabiliter, & exactè observent. Mandantes in-

insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Majorum, ac Universitatibus, etiam Studiorum, Monasteriis, ac Collegiis, & Personis quibuscumque, etiam Ecclesiis Sæcularibus, & Regularibus cujuscumque ordinis, etiam Cistercien. Instituti, Congregationis, & Societatis etiam Jesu, etiam Militibus, etiam Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani, aliarumque Militiarum, & ceteris quibuscumque quomodolibet qualificatis, ac eâdem individuâ expressione, & speciali notâ dignis, ac Monialibus, etiam Regularium gubernio subiectis, & etiam Sedi Apostolicæ immediatè suppositis, ut in eorum Ecclesiis, & Locis omnia, & singula præmissa observent, & observari faciant.

§. 2. *Quatenus verò ipsi, præsertim Regulares, & Moniales præsentibus Literis, ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint, & debeant Episcopi, & Locorum Ordinarii, Metropolitani, Primates, Patriarchæ, Nuncii, & Legati Apostolici de Latere missi, tamquam in hoc à Sede Apostolicâ specialiter delegati, contrà omnes, & singulos prædictos, & quoscumque alios quomodolibet inobedientes, & transgressores procedere, & quacumque appellatione, recursu, reclamatione, aliisque Juris, & facti remediis ordinariis, & extraordinariis pœnitus, & omninò remotis, ad omnimodam observantiam illos prævia unica monitione, Censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & præsertim quoad loci superiores, etiam privationis officii, & vocis activæ, & passivæ pœnis compellere, &c. non obstantibus, &c.*

Datum, &c. hac die 15. Martii Anno 1642. Pontificatus Nostri 19. Bre-

Breve dichiarazione, e ristretto della Costituzione di Paolo PP. II. prohibente l'alienazione de' Beni Ecclesiastici, che comincia: *Ambitiosæ cupiditati* 23. di Febraro 1497. riposta tra le Estravaganti comuni al Tit. *de Rebus Eccles. non alien.* E perciò chiamata comunemente l'estravagante *Ambitiosa*, e confermata da Giulio PP. III., e dal Concilio di Trento sess. 25. Cap. 11. *de Reformat.*

P*Aolo II. nella detta Estravagante* Ambitiosæ, *inerendo alle Costituzioni, e probibizioni de' suoi Predecessori, e quelle confermando, e rinnovando.*

Proibisce l'alienazione di tutte le cose, e Beni Ecclesiastici, e specialmente il farsi ogni Contratto, che di essi trasferisca il Dominio si diretto, come utile; ogni concessione, ed ipoteca, che è lo stesso, che dire qualsivoglia obbligazione, ogni locazione, e conduzione, che si faccia a maggior tempo, che di trè anni. Similmente proibisce il concedere in Feudo, e in Enfiteusi, e per conseguenza a linea, o ad affitto perpetuo i sopraddetti Beni, fuori, che ne' casi permessi da Sagri Canoni, ovvero, che fossero beni soliti per antico tempo concedersi in Enfiteusi: con che però in tal caso detta nuova Concessione ridondi in utile evidente della medesima Chiesa. E quanto a frutti, e Beni mobili concede solamente l'alienazione di quelli, che non si possono lungo tempo conservare, secondo l'esigenza del tempo. Le pene, alle quali soggiacciono quelli, che senza il precedente Beneplacito Apostolico, e contro il te-

tenore della predetta Costituzione presumono in alcuno de' modi sopra espressi alienare i Beni Ecclesiastici, sono le seguenti.

Prima. Vi *è la nullità del Contratto, annullando ogni alienazione, ipoteca, ovvero obbligazione; ogni concessione, locazione, conduzione, Feudo, o Enfiteusi de' sopraddetti Beni, quelle, e quelli dichiarando* ipso facto *di nium valore, e momento.*

Seconda. Tanto quelli, che alienano, quanto quelli, che ricevono i sopraddetti Beni come sopra alienati, incorrono nella Scommunica.

Terza. Se quelli, che alienano, sono Abati, o costituiti in dignità Pontificale, gli è omninamente interdetto l'ingresso della Chiesa, e se in simile interdetto con animo pertinace persevereranno per sei Mesi immediatamente susseguenti, passato detto termine, sono ipso facto *sospesi dall'amministrazione, e governo si spirituale, come temporale della Chiesa, o Monasterio, al quale preseggono.*

Quarta. Se quelli, che alienano, sono Rettori di Chiese, ovvero Beneficiati di qualsivoglia titolo, e sorte, subitamente fatta alcuna delle sopra espresse alienazioni, restano privi delle loro Prebende Ecclesiastiche, e queste s'intendono, senz' altra dichiarazione vacate; onde possono gl' Ordinarì del Luogo, o altri, a quali si aspetta la Collazione di tali Prebende Ecclesiastiche, conferirle a Persone idonee, eccettuati però sempre quelli, che in pena di tale alienazione ne fossero rimasti privi.

E come più diffusamente in detta Estravagante Ambitiosæ.

De-

Decreto del Cap. 11. della Seff. 22. de Refor. del Sac. Concilio di Trento.

SE l'avarizia radice d'ogni male, occuperà talmente, e in modo qualsivoglia Cherico, o Laico di qualonque dignità, o grado si sia, quantunque Imperiale, o Reale, che per se, o per interposte Persone, con forza, o per timore, o sotto qualsivoglia pretesto, o quesito colore, presumerà di usurpare, o convertire in usi propri le giurisdizioni, beni, censi, e ragioni, anco feudali, ed enfiteutiche, frutti, emolumenti, e qualsivoglia rendita spettante ad alcuna Chiesa, o a qualonque Benefizio Secolare, o Regolare, Monti della Pietà, o ad altri Luoghi Pii, i quali devono servire per la necessità de' Ministri, e de' Poveri; ovvero ardirà d'impedire, che da quelli, a' quali di ragione si devono, non possano conseguirsi; sia, e resti scomunicato fin tanto, che non averà restituito interamente alla Chiesa, o all' Amministratore della medesima, ovvero al Benefizio le giurisdizioni, Beni, effetti, ragioni, frutti, ed entrate, che averà occupate, o che saranno a lui pervenute in qualsivoglia modo, eziandio con titolo di Donazione di supposta Persona, e finchè non otterrà dopo tale restituzione, l'assoluzione dal Sommo Pontefice di detta Scomunica; e se tale usurpatore averà lo Jus Padronato di detta Chiesa, oltre alle predette pene, resti ancora privato di detto Padronato ipso facto. *I Cherici poi, che saranno autori, o consenzienti a simili usurpazioni, siano sottoposti alle medesime pene, ed inoltre siano privati di qualsivoglia Benefizio, e divengano inabili a conseguirli nell'* av-

avvenire, e restino sospesi dall' esercizio de' loro ordini, anco dopo l' intera soddisfazione, ed assoluzione ad arbitrio del loro Ordinario.

Declaratio Sac. Congr. Concilii super alienatione Bonorum Ecclesiasticorum, eorumque concessione ad Livellum.

1. B*Ona Ecclesiastica, quæ excedunt valorem annui redditus 50. Ducatorum, non possunt dividi ad hoc, ne minuatur valor; & reducantur infra 40. Ducatos, ut res fiat alienabilis.*

2. *Non possunt Bona Ecclesiastica hujusmodi alienari ipsis Rectoribus Ecclesiarum, nec eorum Consanguineis, & affinibus usque ad quemcumque gradum.*

3. *Sicut non possunt alienari Parochorum, & Rectorum Domus, ità prohibetur etiam ne alienentur Prædia vicina, & contigua ipsis Ecclesiis.*

4. *Placet etiam, ut reddatur probibitio locationis omnium Locorum Piorum ultrà triennium, anticipatâ solutione.*

Et facta relatione S. D. N. annuit, & mandavit expediri Breve 7. Octobris 1602.

Hieronym. Aguccius Secr.

CAP. XVI.

De Vita, & Honestate Clericorum.

HÆC est profectò importantior materia, ad quam, tamquam ad centrum omnes conatus, omnesque tendunt dilgentiæ Pastorum; hoc propter,

pter, Leges conficiuntur, & renovantur, Synodi indicuntur, & congregantur, qui nihil magis ad pietatem, ad Dei assidue movet Cultum, quàm eorum Vita, & Exemplum, qui Divino se dicarunt Ministerio, cum a sæculo in eminentiorem constituti Sublimitatis locum, in se tamquam in speculum, attrahant oculos reliquorum. Omnes hinc Ecclesiastici virtutum lumine conspicui debent pellucere, nec non à comuni vulgaris instituto Vitæ semoti, præcipuum quoddam, præstantiusque genus vivendi, quod alios exemplo excitet ad Sanctitatem, sanè profiteri tenentur. Divus quapropter juremerito Gregorius hæc mirabilia subdit verba, aureis in omnium Characteribus corde imprimenda: *nullum ab aliis majus præjudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, qui ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit*. A summis idcircò Pontificibus, & à Sacris Conciliis, saluberrima de vita, & Clericorum honestate decreta fuere sancita, ne infirma Laycorum Corda, eorum pravitatis exemplo licentius prolaberentur in Culpam; nonnullas quapropter hìc infrà Pontificum dispositiones, quæ mirum in modum ad Nostri Cleri reformationem collimant duximus rescribendas: ex ipsis etenim, Omnibus Nostræ diæcesis vitæ normam Ecclesiasticis clarè patebit; ex quorum fonte hausimus ea, quæ utilissimo in nostro Edicto de vita, & Clericorum honestate apposuimus; & sic horum ab observantia nullus præceptorum, vel novitatis prætextu, vel excessivi rigoris se retrahere ullo pacto valebit: Verùm enimve-

verò verba etiam ipsa à laudatis literis esse mutuata, & decerpta videbuntur: Post itaque Innocentii XII. circularem Literam, edictum quoque Clementis XI. apponetur, cujus sub pœnis in eo contentis observantiam rigorosè præcipimus. Hinc nihil restat addendum; nam omnia, quæ bonam constituunt formam vivendi Clericorum, in ipso existunt, illos ab omni malo retardant, à cunctisque arcent periculis, dum in illo Comæ vanitas, habitus non talaris, vel de Sæculo sapientes, ludi, venationes, arma, tabernæ, mulierum commercium suspectarum, Choreæ, personatos incedere, & cetera hujusmodi prohibentur.

Literæ Circulares de Mandato Innoc. PP. XII. ne Sacerdotes cum eorum status dedecore Laycis inserviant.

TRA le più assidue sollecitudini, che occupano la mente zelantissima di Nostro Signore per il bene Spirituale della Chiesa, una si è di conservare, e ravvivare nel suo vero decoro la Santità, e dignità del Sacerdozio; poichè, dipendendo dagl' uffizi di quest' ordine l'istruzione, la correzione, e la Santificazione de' fedeli, conviene ancora, che l' esemplarità della Vita, e la gravità de' costumi sia in esso così distinta, e superiore ad ogni altro, che corrisponda alla sublimità del grado, e al fine della sua istituzione.

Quindi è, che con l'oracolo di sua viva voce hà sua Beatitudine ordinato, che si scriva a tutti i Pastori di Diocesi la presente Lettera Circolare, a fine di

di eccitare una più esatta vigilanza in procurare l'adempimento, e osservanza delle ordinazioni de' Sagri Concili Ecumenici, e specialmente di quello di Trento, in ordine all' Onestà della vita del Clero, e singolarmente in non permettere, ed onninamente impedire, che i Sacerdoti non s' impieghino in uffizi servili del Secolo, e de' Layci, e specialmente di Donne impropri a Ministri dell' Altare, ed al Carattere Sagrosanto, il quale quando venga conferito secondo le disposizioni del Sagro Concilio di Trento, e con l' attuale servizio di una Chiesa, cesserà l' occasione di simili scandali, e si toglierà all' oziosità, e povertà di un numero straordinario, e disapplicato ogni scusa, e compatimento per tollerargli contro i Sagri divieti in impieghi abietti, e indecenti.

Roma 16. *Marzo* 1697.

Umilissimo, e Affezionatissimo Servo
G. Card. Carpegna.

Editto circa la Vita, e Onestà degli Ecclesiastici, e specialmente circa l'Abito, e Tonsura Clericale.

1. L*a Santità di Nostro Signore ben conoscendo quanto quella stretta obbligazione, che hanno gli Ecclesiastici in ogni luogo, di dar buon' esempio, essenzialmente annessa al lor grado, singolarmente cresca in quegli Ecclesiastici, che dimorano in quest' alma Città di Roma, e che per tal ragione dovrebbero essere il modello, e l' esemplare del restante Clero di tutto il Mondo Cristiano, giacchè come scrive S.* Ber-

Bernardo: Clerum illum ordinatissimum esse decet, ex quo præcipuè in omnem Ecclesiam Cleri forma processit; *Ci ha perciò comandato di dover publicare il presente Editto, e di strettamente procurarne l'osservanza.*

2. *Inerendo dunque alla disposizione de' Sagri Canoni, e Costituzioni Apostoliche, ed alle ordinazioni altre volte pubblicate, tanto circa la decenza dell' Abito, quanto circa la Tonsura Ecclesiastica, colla quale i Sacerdoti, i promossi agli Ordini Sagri, e i Cherici di prima Tonsura, che godono Beneficj Ecclesiastici, benchè semplici, o che servono nelle Chese, devono incedere, e molto maggiormente presentarsi agl' Altari per celebrarvi, o farvi altre sagre funzioni colla dovuta Modestia, et edificazione; e ben considerando, quanto la decenza, e modestia dell' abito esterno sia valevole a denotare l' interna onestà de' costumi, primieramente col presente Editto si rinuovano gl' altri sopra tal materia pubblicati, & in specie li 29. Giugno 1667. li 10. Ottobbre 1681. li 20. Novembre 1691. li 22. Novembre 1696. e li 31. Marzo 1699. Per ordine de' Sommi Pontefici Clemente IX. Innocenzo XI. e Innocenzo XII. di fel. mem., ed a quelli riferendosi, e respettivamente ampliandogli si ordina, e comanda.*

3. *Che niun Sacerdote, o Ordinato* in Sacris, *o Cherico Beneficiato, come sopra, possa andare per Roma dalla levata del Sole fino a mezz' ora di notte con Abito, e veste corta, ma sia tenuto incedere con Abito lungo fino al collo del piede, detto volgarmente Abito talare; e in oltre debba sempre portare la Che-*

Cherica, o sia Corona, o Tonsura Clericale, della grandezza conveniente all'ordine, e grado di ciascheduno, la quale però non sia minore d'un testone, e sia totalmente apparente, e così spesso rinnovata, che si possa ben vedere.

4. *Si ordina parimente, e comanda, che verun Sacerdote, o ordinato* in Sacris, *o ancora Cherico di prima Tonsura, come sopra, porti zazzera, o capigliatura, che copra la fronte, o le orecchie, sotto pena, in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredirà, di dieci scudi, da applicarsi subito ad opere, e Luoghi pii, e di altrettanti giorni di carcere; potendo in oltre esser certi quelli, che contraverranno, che la loro disubbidienza sarà loro di totale impedimento per conseguire qualsivoglia Benefizio, o Uffizio Ecclesiastico.*

5. *Si permette nondimeno, che in occorrenza di far viaggio, le suddette vesti siano più corte, ma non meno di coprire il ginocchio, che convenghino alla modestia Ecclesiastica, e perciò non siano d'altro colore, che nere, e non abbiano bottoni grossi, nè tasche, nè Camiciuola, ed eccettuata la lunghezza siano simili, tanto nelle maniche, che in tutto il resto, alle vesti talari, avvertendo, che in contravenzione s'incorrerà nelle sopraddette pene, e nella perdita ancora di tali abiti.*

6. *Si comanda parimente a tutt' i Rettori, Sagrestani, Cappellani, Custodi, o altri sotto qualsivoglia nome deputati all'amministrazione, cura, e sopraintendenza di qualsivoglia Sagrestia, tanto nelle Patriarcali, Basiliche, Collegiate, Congregazioni,*

Ora-

Oratorj, Cappelle, Ospedali, e altre Chiese Secolari, quanto di qualsivoglia Chiesa Regolare, o in qualsisia modo privilegiata, tanto dentro di Roma, come ne' Sobborghi, che non permettano ad alcun Sacerdote di celebrare nelle loro Chiese, o Cappelle, senza la Cherica, o Tonsura Clericale, o senza l' Abito decente, e talare; qual Abito il Sacerdote l' abbia indosso avanti l' ingresso della Chiesa, nè possa essergli prestato, o vestirsene dentro la Sagrestia, o che il Sacerdote celebri con capigliatura finta, detta communemente Perrucca, ovvero con l' Anello, sotto pena, tanto a' medesimi deputati, e Sagrestani, come sopra, quanto a' Sacerdoti, che celebrano in qualsivoglia de' detti casi, della sospensione à Divinis, *da incorrersi ipso facto senz' altra dichiarazione, per quindici giorni, riservata a Noi, oltre all' altre di carcere, e pecuniarie, come sopra, espresse.*

7. *Che nel trattenersi i Sacerdoti nelle Sagrestie, non consumino il tempo in vani discorsi, ma stiano quieti, e modesti, come comporta il luogo dedicato al Culto di Dio, ed al raccoglimento per la preparazione al Santo Sagrifizio, e rendimento di grazie dopo di esso, nè vi facciano atto alcuno pregiudiciale alla mondezza, e decoro Ecclesiastico, sotto le sopraddette pene di Carcere, e pecuniarie, da applicarsi, come sopra, e da eseguirsi, tanto contro di quelli, che v' incorreranno, quanto contro i Sagrestani, che lo permetteranno, o non vi porgeranno il dovuto rimedio. Dovranno in oltre gli stessi Sagrestani, o Deputati, o per se stessi, o col mezzo d' altri, attentamente invigilare, che da' Sacerdoti Celebranti si pratichino*

con

con ogni devozione, riverenza, e distinzione, tutte, e singole Ceremonie, e Riti, che dispongono nelle Rubriche del Messale Romano; e se taluno ardisse di celebrare senza la dovuta attenzione, e religiosità, e trascurasse, o per imperizia, o per troppa fretta, o per poca applicazione alcuna delle ceremonie, e riti come sopra, prescritti, si ordina, e comanda, che questi non siano più ammessi alla celebrazione della S. Messa, e che i Sagrestani, e Deputati sopraddetti siano tenuti denunziargli immediatamente a Noi, o a Monsignore Vicegerente nostro, per sospendergli dall' esercizio, e proporzionatamente punirgli sotto pena, in caso d' inosservanza, della privazione degl' uffizi, e di scudi 25. moneta, e altre anche maggiori a Nostro Arbitrio. A questo effetto, e sotto le stesse pene, ordiniamo, che in ciascuna Sagrestia si tenga un' Oriuolo a ruota, o a polvere, per mezzo del quale possa il Sagrestano conoscere, se il Celebrante impiega nel Sagrifizio il tempo proporzionato, che non doverebbe esser meno d' un terzo d' ora in circa. Alle medesime pene soggiaceranno irremissibilmente i Sagrestani, e Deputati sopraddetti, se permetteranno, che si celebri da qualsisia Sacerdote senza licenza Nostra in scritto, o del Nostro Monsignore Vicegerente, che si dà nella Nostra Segretaria in tutto gratis *: e le stesse pene incorreranno i Sacerdoti celebranti senza la detta licenza; quali, quando sarà spirata, non dovranno più ammettersi a celebrare, sotto le stesse pene; dovranno perciò i Sagrestani, e Deputati suddetti notare in un foglio il giorno della data di tali licenze. Di più ordiniamo, che non si ammettino a celebrare i Religiosi, che non hanno Convento in*

Roma, senza la suddetta Nostra Licenza; avvertendo in fine, che per celebrare nelle Chiese di Monache è necessaria licenza particolare, che esprima tal facoltà.

8. *In oltre si ordina, e comanda a tutti i Superiori Regolari di qualsivoglia ordine, ed Instituto, che presiedono al Governo de' Monasteri, Conventi, Congregazioni, Collegi, Case Regolari, ed Ospizj di quest' Alma Città, che con ogni maggior diligenza debbano procurare, che i Sacerdoti Regolari Locali de' Monasteri, Conventi, Congregazioni, Collegi, Case, ed Ospizj, a quali essi, come sopra, presiedono, restino pienamente instruiti da qualche Religioso d'esperimentata abilità, da deputarsi a questo preciso effetto da' medesimi Superiori, nelle Ceremonie, e Riti della S. Messa, conforme le disposizioni delle Rubriche, e che queste siano con ogni esattezza osservate; espressamente ordinando, che in avvenire non ammettano a Celebrare la S. Messa i Sacerdoti forastieri del loro Ordine, o Instituto, se questi non averanno prima provate le Ceremonie, e i Riti, che in essa si devono osservare, e dal sopraddetto Religioso deputato siano stati ritrovati di quelli perfettamente instruiti, e pratichi sotto pena della privazione degl' uffizj, e della voce attiva, e passiva per dieci anni.*

9. *Per rimediare ancora all' abuso di celebrarsi le Messe in ore intempestive, comandiamo, che non possino queste incominciarsi prima dell' Aurora, e che a mezzo giorno debbano esser del tutto terminati i Sagrifizi, sotto le sopraddette pene di Carcere, e pecuniarie, da applicarsi, come sopra, e da incorrersi irremissibilmente, tanto da' Sacerdoti celebranti, quanto da' Sagre-*

grestani, che lo permetteranno, non ostante qualsivoglia pretesa consuetudine in contrario, o privilegio, che non sia stato esibito nella Nostra Segretaria, e riconosciuto, e approvato da Noi.

10. *Ed acciocchè i Laici abbiano occasione di prendere in tutto buon' esempio dagl' Ecclesiastici, e si tolga ogni attacco di mormorazione, comandiamo sotto le sopraddette pene, e altre a Nostro Arbitrio, che nelle Case fabbricate per Stanza, e uso de' Canonici, Parrochi, e altri Ministri delle Chiese, non abitino Donne, ancorchè parenti in qualsivoglia grado de' medesimi, se non per occasione di qualche legittima, ed urgente causa, da approvarsi solamente da Noi, o dal Nostro Monsignore Vicegerente.*

11. *I Sacerdoti non possino patrocinare, avvocare, difendere, nè fare alcun atto nelle cause, siano Civili, o Criminali, avanti i Tribunali Laicali, anco sotto pretesto di mera Carità, eccetto, che nelle cause da' Sagri Canoni permesse, e allora debbasi impetrare da Noi la licenza in scritto, da concedersi gratis, considerata la qualità della Persona, sotto pena a i Trasgressori di Carcere, ed altre pene ad arbitrio.*

12. *Comandiamo in oltre d'ordine espresso della Santità Sua a tutti i Sacerdoti, ed altri Ecclesiastici promossi agl' Ordini Sagri, di non portare arme di sorta alcuna, nè da fuoco, nè da punta, nè da taglio, nè in Roma, nè fuori, ancorchè sotto pretesto di andare a Caccia, senza Nostra licenza in scritto, o del nostro Monsignore Vicegerente, che, quando si giudicherà ragionevole di concederla, si darà gratis, come sopra, sotto le sopraddette pene di Carcere, e pecunia-*

 rie,

rie, e della perdita dell' armi.

13. *Ammoniamo di più tutti i Superiori delle Chiese Parrocchiali, Basiliche, Collegiate, Regolari, ed altre tutte, veruna eccettuata, ancorchè si pretendessero esenti, ad invigilare per la puntuale osservanza di tutte, e singole cose contenute nel presente Editto, come specialmente imposte d' ordine della Santità di Nostro Signore, mentre, oltre all' esecuzione delle pene comminate contro i trasgressori, si procederà ancora all' interdetto di quelle Chiese, ove si vedrà trascurare, quanto da Noi espressamente si comanda, d' ordine della Santità Sua.*

14. *Ordiniamo finalmente, che questo Editto, acciò abbia la sua piena esecuzione, e non se ne possa allegare in alcun tempo ignoranza, debba tenersi continuamente affisso nelle Sagrestie di tutte le Chiese, tanto Secolari, quanto Regolari, in luogo, ove possa da tutti vedersi, e leggersi, sotto pena della Carcere a' Sagrestani di dieci giorni; e che pubblicato, ed affisso, secondo il solito, obblighi tutti in esso compresi, come se personalmente fosse stato loro intimato.*

Dato in Roma dal Nostro Palazzo questo di 7. Dicembre 1706.

G. Card. Vicario.

Niccolò Antonio Cuggiò Secret.

Editto sopra la Vita, ed Onestà degli Ecclesiastici.

DOpo la rinovazione, e pubblicazione fatta in questo Nostro Sinodo delle Lettere, e Decreti di Roma, sopra la Vita, ed Onestà degl' Ec-

Ecclesiastici; vedendo Noi quanto sia necessario a tutti l'adempimento, ed esatta osservanza di quelle Sante Leggi, abbiamo fatto questo presente Editto, tutto ricavato, ed appoggiato a' prefati Decreti, acciocchè più facilmente sia a notizia di tutti i Nostri Ecclesiastici, e ciò, che comanda Roma, da essi si faccia, e si pratichi. Quindi comandiamo a tutti, e ciascheduno de' Parochi, Rettori, o Economi delle Chiese di questa Nostra Diocesi, sia pubblicato a tutti gli Ecclesiastici, che non sono intervenuti a questo nostro Sinodo, acciò nessuno possa allegarne ignoranza.

Primieramente comandiamo, che nessuno Sacerdote, o Cherico di qualunque grado, stato, e condizione, ardisca nudrire chioma, o capigliatura, che cuopra la fronte, e l'estremità inferiore degli orecchi, e la parte di dietro del collare, e tanto meno usar ricci artificiati, con polvere di cipri, ed altre vanità secolaresche, proibendosi ancora Zazzere posticcie, o Parrucche a chi non ne ha necessità, o bisogno per causa d'infermità, dovendolo far noto a Noi, o al nostro Vicario Generale per poterne ottenere la licenza, e questi soli si ricordino di usare Parrucche corte assai, e modestissime, che non potranno usare nel tempo della celebrazione della S. Messa, e quando non è lecito portare il Berettino. I Sacerdoti, ed Ordinati in Sacris, che trasgrediranno queste Leggi cadino nella pena di due scudi, e gli altri di uno d'applicarsi a' Luoghi Pii; ma per i contumaci si procederà contro di essi colla maggior pena delle Censure.

E

2. E tutti quelli, che essendo Tonsurati, non anderanno colla Cherica, o sia Corona apparenre, e della grandezza conveniente all' Ordine, e grado di ciascuno, incorrino nella pena di scudi uno per ogni volta.

3. Comandiamo parimente, & ordiniamo, che nessun Sacerdote possa celebrare la Santa Messa, e amministrare altri Sacramenti nelle Chiese, e Oratorii pubblici della nostra Diocesi con abito, e veste corta, ma sempre deva andare all' Altare con abito, che arrivi al collo del Piede, e quando non l' avesse, ci contentiamo, che possa usare una Sottana, o un Cintino. I trasgressori incorrino nella pena di scudi cinque per ogni volta; nella quale parimente incorrino quei Sagrestani, Cappellani, Rettori, Custodi, ed altri, che permetteranno a qualsivoglia Sacerdote, anche Forastiero, tanto diocesano, che non diocesano celebrare la Santa Messa senza la debita Tonsura, e senza l' Abito talare: Laonde per esser sicuro di non incorrere in questa pena, provedino quanto prima uno, o due Cintini, tenendoli in Sagrestia a questo effetto; e per i contumaci vi poniamo la pena della sospensione *à Divinis*. E per quelli, che volessero deludere le nostre Leggi dicendo la Messa senz' Abito talare in modo, che non si sapesse, e così trovassero il modo di scanzare la pena pecuniaria, vi è la sospensione *à Celebratione Missa*, mentre vogliamo, che la pena Spirituale di sospenzione, o di Scommunica respettivamente s' incorra da chi contraviene alle nostre Leggi, senza pro-

va-

vare la pena pecuniaria; però a nessuno puol giovare il trasgredire le nostre Leggi Sinodali occultamente. Volendo, che tutti i trasgressori abbino il suo castigo, e ciò facciamo per maggior sicurezza, che siano esattamente osservate queste nostre Costituzioni Sinodali.

E perchè non paja a qualche tiepido questo fin quì decretato troppo rigore, riportiamo il Decreto di Clemente IX., che è il seguente -- *Martius Sancta Rom. Ecclesia Cardinalis Vicarius Generalis Clementis IX. Volendo la Santità di Nostro Signore, che resti rimossa ogni materia di scandalo rispetto all'Abito, e Tonsura Ecclesiastica, con che i Sacerdoti secondo la disposizione de' Sagri Canoni, debbano comparire agli Altari per celebrare; col presente pubblico Editto d'ordine, e commissione speciale della Santità sua, si ordina, e comanda, che non sia permesso ad alcun Sacerdote Secolare, il celebrare in alcuna Chiesa sì dentro di Roma, come fuori, che in abito del tutto decente allo stato, e condizione di Persona Ecclesiastica, specialmente con Veste Talare, con avere la Cherica, o Corona Ecclesiastica, di non minor grandezza d'un testone, e senza zazzera, o Capigliatura, e questo sotto pena di scudi dieci da applicarsi all'opere, e Luoghi pii secondo il solito.*

Parimente si comanda, come sopra, a tutti i Rettori, e Sagrestani, Cappellani, Custodi, e altri sotto qualsivoglia nome deputati all'amministrazione, o cura, o sopraintendenza di qualsivoglia Sagrestia, tanto delle Basiliche, Collegiate, Parrocchiali, Congregazioni, Oratorii, Cappelle, ed Ospedali, ed ogni al-

altra Chiesa Secolare, quanto di qualsivoglia Chiesa Regolare, sì dentro, come fuori di Roma, che non permettino ad alcun Sacerdote il celebrare nelle loro Chiese, se non avendo l'Abito, e Tonsura predetta, sotto la medesima pena di scudi 10. *da applicarsi come sopra, e di più la sospensione de' loro officj, ed altre a nostro arbitrio, secondo la maggiore negligenza, che commetteranno nell' esecuzione di questo Editto, le quali pene s' incorreranno di fatto da ciascheduno de' sopraddetti ogni volta, che l'averanno trasgredito.*

In oltre si dichiara col presente, editto confermato ogni altro, che sia stato publicato in questa stessa maniera, e che questo si debba tenere affisso nelle Sagrestie dalli suddetti Sagrestani a vista d'ognuno, sotto pena della privazione del loro ufficio a nostro arbitrio. E che pubblicato, & affisso, che sarà conforme al solito, obblighi qualsivoglia persona, come se gli fosse stato presentato personalmente. Datum Romæ hâc die 29. *Janii* 1667.

4. Inerendo poi agli altri Decreti in questo Nostro Sinodo riferiti, ordiniamo, che tutti gli Ecclesiastici della nostra Diogesi, specialmente ne' luoghi più insigni, e dove è concorso di forastieri, e Milizie, come nelle Città, e Porti della Nostra Diocesi, incedino indispensabilmente ne' giorni festivi coll' Abito talare almeno dal tempo della Messa, fin dopo Vespro, ed eccettuati i giorni solenni, ne' quali devino portarlo tutto il giorno. Li Piovani, che sono il Capo del Clero, devino andare coll' Abito talare, anche ne' giorni Feriali. Chi trasgredirà queste nostre Leggi, caschi nel-

nella pena d'uno scudo per ogni volta.

5. In quei tempi poi, ed in quei luoghi, di minor Clero, e concorso di forastieri, dove sarà permesso di porre l'Abito corto, e per i viaggi ancora vogliamo, e comandiamo, che tal Abito sia decente, e passi onninamente il ginocchio senza tasche, ed indispensabilmente sia di color nero (avvertendo, chi usasse altro colore, anche paonazzo, così nelle calze, come in tutto il restante dell'Abito, incorra ipso facto nella sospenzione, e per chi non avesse alcun ordine, nella Scomunica a Noi riservata) modesto, lontano piucchè si puole dalle mode Secolaresche, ma però pulito, nè sordido, ne lacero, e senza mazza, ò bastone, fuorchè in occasione d'andare in Campagna; ed i vecchi però, e impotenti ne chiederanno da Noi la licenza; La pena in caso di contravenzione, eccetto, che nel colore, sia a nostro arbitrio, ma per i Cherici *in minoribus*, oltre alla pena arbitraria, se ne piglierà il ricordo per tenerli indietro agl' Ordini maggiori, come si farà, se non interverranno alla Congregazione de' casi. E diamo sei mesi di tempo dopo la pubblicazione di questo Nostro Editto, quanto all'Abito solamente a provedere, o riformarlo secondo il prescritto fin quì.

6. Non sia parimente lecito, o permesso a qualunque Sacerdote, o Cherico l'accettare tutele, e cure, patrocinare, avvocare, difendere, sollecitare, e fare alcun'altro atto nelle cause Criminali, Civili, miste per persone laiche, anche sotto pretesto di mera Carità, eccetto, che nelle cause per-

messe da' Sagri Canoni; ed allora debbano impetrare da Noi, e dal Nostro Vicario Generale la licenza in scritto da non concedersi, se prima non sarà considerata la Causa, e la qualità delle Persone. E quanto alle cause Criminali, se alcuni de' sopraddetti ardirà querelare, o esaminarsi a offesa nel foro Laicale, oltre la refezione de' danni patiti dalla parte querelata, sarà successivamente punito, come dispongono i Sagri Canoni; ed essendo richiesto d'esaminarsi, o fare attestazioni per difesa de' rei nel foro Secolare, non ardischino farle, o esporsi ad alcuno esame davanti a Giudice Laico, se prima non averanno esibito a Noi, o al Nostro Vicario Generale le fedi, ed attestazioni, che saranno richiesti di fare, e gl'articoli, sopra de' quali doveranno essere esaminati, e ne averanno ottenuta da noi la licenza in scritto. E chi contraverrà ad alcuno di questi nostri Ordini, cada nella pena di dieci Scudi, e altri a nostro arbitrio, ed in caso di contumacia, nella sospenzione *à Divinis*.

7. Si proibisce a qualsivoglia Sacerdote, o Cherico, che abbia l'amministrazione, o governo della propria Casa di coabitare con donne, che non siano Parenti, ancorchè fossero di buon credito, e chi averà bisogno di tener serva, non possa pigliarla, e ritenerla, se non sia di buon nome, e costumi, e passi l'età di 40. anni, sotto la pena di scudi 20., nella quale incorra chi avendola non Sinodale, non la licenzierà senz'altra ammonizione nel termine d'un mese dal giorno della pubblicazione di que-

questo nostro Editto. E se alcuno de'predetti terrà in casa propria, o coabiterà, [il che Iddio non voglia] con donne di mala vita, e fama, o sospette, o converserà con altre persone infami, o scandalose, oltre la pena suddetta, sia carcerato a nostro arbitrio.

8. Vogliamo che nessun Sacerdote, o Cherico possa tenere in Casa propria, o altrove, anche sotto nome d'altri, bisca, e giuochi di mera fortuna, proibiti dalle Leggi Ecclesiastiche, e Laicali: ne giuochare, a giuochi anche permessi, ne pubblici ridotti, Barberie, o altre Botteghe, o piazze, o Strade pubbliche sotto pena per ogni volta di Scudi cinque.

9. Proibiamo in oltre a tutti i Sacerdoti, e Cherici portar Arme di sorte alcuna, tanto offensive, che difensive, sotto qualsivoglia pretesto, anche d'andare a Caccia, o in viaggio, o dover passare in luoghi sospetti senza nostra licenza in scritto, o del Nostro Vicario Generale, sotto la pena di Scudi quindici, e la perdita dell'Armi, ed altre a nostro arbitrio.

10. Similmente ordiniamo, che nessun Sacerdote, o Cherico, ardisca fare, o far fare veglie, o balli pubblici, oppure ballare in essi, o intervenirvi mascherato, sotto la pena di Scudi cinque, e della sospensione a *Divinis* per 10. giorni; nella qual pena incorrerà chiunque fuor di casa anderà senz'abito, o collare a qualsisia ora, per qualsivoglia motivo, anche di Caccia, oppure si travestirà da donna, o in altra forma strana troppo indecen-

te alla Santità dello ſtato Eccleſiaſtico.

Finalmente Chiunque, o Sacerdote, o Cherico, fuori di viaggio frequenterà Oſterie, o Bettole, reciterà nelle Commedie, ſenza Noſtra ſpeciale licenza, o del Noſtro Vicario Generale, ſi bagnerà in luoghi pubblici, e ſcoperti, canterà, o ſuonerà di notte, o di giorno per le piazze, o ſtrade pubbliche qualſivoglia ſorte di ſtrumento, e farà impertinenze alle perſone, e Caſe, e ne naſceranno riſſe, e ſcandalo a Laici, oltre alle pene preſcritte da' Sagri Canoni, e Coſtituzioni Apoſtoliche, procederemo ad altre più rigoroſe riſervate a Noſtro arbitrio.

E perchè i delinquenti venghino a noſtra Notizia, gli facciamo ſapere, che procederemo contro di loro *ex ſola informatâ conſcientiâ*; volendo di più, che la metà delle pene pecuniarie ſopra ſtabilite ſi aſpetti all'Accuſatore, ed Eſecutori, e l'altra ſi applicherà in uſi pii.

C A P. XVII.

De Officio, & Reſidentiâ Parochi.

PArochi ad ſublime hoc munus vocati, Fidei Scientiâ, ac morum Sanctitate ità ceteros antecellant, ut tàm Verbi Chriſti Gregem doctrinâ, quàm operum exemplo paſcentes, non ut dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis [ut Divus Petrus Apoſtolus Epiſt. 1. cap. 5. loquitur] ex animo Dei fideles Myſteriorum ſint diſpenſatores, & ap-

appareant idcircò omnia, quæ de Clericorum honestate, & vitâ capite præcedenti constituimus, ad se potissimùm noverint pertinere, cum eorum præcipuè sit Officium Sacrosancta Ecclesiæ administrare Sacramenta, prædicare, orare pro populo, jura conservare Parochialia, tandemque residere.

Majori inprimis itaque, quâ mentis possunt integritate, atque Conscientiæ munditie Sacramenta pertractent; populum prætereà sibi commissum pro uniuscujusque ætate, ingenio, moribus, & eruditione Symbolum Evangelizent Apostolorum, Sacramenta, Decalogum, Dominicam Orationem, Angelicam Salutationem, totumve tandem Cathechismum edoceant. In pauperum quoque, & miserabilium Personarum egestate sublevandâ, curam, & diligentiam ipsi per se privatim, atque etiàm publicè cum aliis impendant; omnesque etiam inimicitias, gravesque dissentiones inter propinquos exortas non solùm estinguant, sed etiam ad amicitiam conducant. Publica potissimùm gravia peccata, & enormia non dissimulent. Sed gravissimis reprehendant verbis, & corrigant, & ubi opus fuerit, pœnis coerceant, & demùm ad Nos deferant, ut nullum pro eorum emendatione remedium prætermittant. Infirmos denique, eos præcipuè, qui in extremis laborant, visitent, pœnitentiæ, Sanctissimi Viatici, & Extremæ unctionis ipsos tempestivè muniant Sacramentis, omnia itaque peragant, ut Spiritualiter consolentur, atque ab alienis curis, & hujus caducæ, labilisque Vitæ liberi desideriis, dumtaxàt se à Domino requiem gaudeant in æternam vocari.

Quoad

Quoad onus Parochi pro Grege sibi commisso Orationem faciendi, nihil *Dec. Sac. Congr. Concilii in unâ Lucanâ* 10. *Maji* 1681. Volumus addendum, sed ejus observantiam rigorosè præcipimus, en præfata Verba præcisa Decreti -- *Cum præcepto Divino iis, quibus animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovibus suis Sacrificium offerre, sæpè aliàs Sac. Congregatio Concilii censuit Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque eâ cum distinctione, ut si redditus pingues sint, singulis diebus, si verò tenues, saltem diebus festivis.*

Datum Romæ die supradictâ.

Alia concordantia Decreta suprascripto, sunt apud DD., uti reperitur illud, in quo Sac. Congregatio respondit quod Archipresbyter Rosarni recursum à præcepto habuit Episcopi, cunctis, quo Dominicis ad Sacrificium applicandum pro populo adstringebatur, atque insuper cunctis Festis diebus, ut suprà, de hoc partibus informantibus, propositum fuit dubium, an præfatum Episcopi Decretum sit observandum. Sacra Congregatio respondit: affirmative. Nec responsiones valent Parochorum, quod congruam ex Ecclesiæ redditibus non habent sunstentationem; quia si hoc verum est, cur tam tenuè Beneficium voluntariè acceptaverint, sibi est imputandum: ut dicit *Gloss. Quoniam de consf. Clericus victum.* 91. *distin.* Nulla insuper valet excusatio, quia hæc à Jure Divino, *uti in Trid. sess.* 23. *cap.*1. *de Reform.* nitidissimè habetur, provenit obligatio. Unde Congregatio nihil de novo decrevit, sed illud, quod latens erat,

ma-

manifestavit; hinc ab oppositâ mentem Parochi sententiâ avertant, quæ non tantum laxa, sed etiam falsissima exiſtit.

Ut jura autem sua vindicare, & valeant conservare, studiis opere pretium est dare animum, quod absque libris profectò impossibile habetur; Parochis idcircò omnibus, præter nostras has Synodales Constitutiones, Tridentinum Concilium, Catechismum, & Rituale Romanum, summam aliquam Canonum, & Conscientiæ Casuum, apud se retinere præcipimus: Quos assiduo Libros studio revolvant, & in visitatione teneantur exhibere, graves arbitrio Nostro daturi pœnas, si illis quandoque fuerint deprehensi carere. Nos autem pro eorum majori commoditate, sicuti hucusque nostras has omnes Leges Decretis Pontificum, & Congregationum Literis illustravimus, & munivimus; ità eandem propter causam declarationes, & sacræ Congregationis circa Jura Parochialia Decreta, apponi in calce mandavimus.

Pias Catholicæ Ecclesiæ consuetudines, quibus præstantior Deo cultus exhibetur, conservent firmissimè, & tueantur. Sacros in primis Ritus, statis quotannis temporibus benedicendi Candelas, & Palmas, easque in Ecclesiâ subjectis populis distribuendi retineant: in Quadragesimæ principio Cineres benedicant, illisque devotè Capita Fidelium aspergant: Sanctum quoque ab antiquis Patribus institutum morem aquæ benedicendæ, illibatè custodiant; undè ex Ritualis Romani præscripto singulis diebus Dominicis omnes Parochi Mis-

Missam Parochialem, seù Conventualem celebraturi, solemnibus precationibus aquæ benedictionem, cum salis præsanctificati infusione, præmittant, ut illâ consperfi Fideles adversus Diaboli armentur insidias, atque à Phantasmatum versutiis defendantur. Similiter ex aquâ, vel in Vigilâ Epiphaniæ, vel in Fontis Baptismalis benedictione sanctificatâ, & priusquam illi Sacra Olea misceantur, repositâ, suorum Parochianorum domos benedicant.

Ad hæc, laudabiles, & Religiosas consuetudines publicè Beatissimæ Virginis recitandi Rosarium, Dominicam Coronam, preces pro bona morte, cæterasque hujus generis adiunctæ, costantissime, retineant, atque promoveant; nec non quotidiè ad ejusdem Deiparæ salutationem, & Dominicæ Incarnationis memoriam, signo Majoris Campanæ triplici ictu, tàm summo manè, quàm meridiè, ac vigesimâ quartâ diei horâ, & singulis sextis feriis horâ vigesimâ primâ eodem signo, sed ictu longiore ad Domini Nostri Jesu Christi recolendam expirationem, morem invitandi receptum religiosissimè observent, ut Populus, quæ iis in Mysteriis certo tempore venerandis sunt constitutæ, Indulgentias lucretur. Ab omnibus Oratio Parochis, pro Agonizantibus, vigesimâ tertiâ diei, & pro Defunctis primâ noctis horâ, dato cum majori Campanâ signo, quotidiè indicetur. Pridiè, & ipso Festorum die Campanæ pulsentur, uti pariter nocte jejunio Quadragesimali conterminâ per mediam horam, ante mediam noctem, Parochia-

chialis campana Ecclesiæ usque ad ipsum mediæ noctis punctum, ciborum edendorum desinentia notetur. Nimbis, procellisque imminentibus, ut fiant à populo preces, & in Ecclesiis, saltèm à Clero campanæ sonitus audiatur. In Processionibus revertentibus, & exeuntibus, item iis in Ecclesiis, per quas transitur, campanæ pulsentur. Nè Campanæ Sabbato Sancto aliarum Ecclesiarum, sivè Sæcularium, sivè Regularium, antequam Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ insonent, omninò procurent, sub pœnis à Leone X. indictis. Parochi omnes cunctis Missam diebus festivis, & Vesperum Officiis in suis Ecclesiis, unà cum Sacerdotibus, & Locorum Clericis, statutâ horâ decantent; quod præcipuè in Plumbini Civitate, in Cosmopolitanâ, in Regio Portus Longoni Fortilitio, in Terra Campiliæ, Rivi, Capitis Iluæ, & Marcianæ, volumus observari. In omnibus verò aliis Parochialibus Ecclesiis, ubi Clerus est pusillus, pias alias Preces ad promovendam Parochianorum Religionem, & pietatem adhibeant. Cæterum circa alia, quæ dicta sunt in hoc paragrapho, sub pœnis arbitrio Nostro reservatis adimpleantur.

Suprà diximus, non tantùm inter Missarum Solemnia Parocum explanare Evangelium teneri, verùm, & nonnulla annunciare, ut sunt Festivitates, Jejunia, Matrimonia, & cetera alia; nunc amplius ipso debere populo denunciare bis in anno Casus, & Censuras Nobis reservatas, nec non Bullam S. Pii quinti, ut in Cap. de Sacramento Penit. decernimus: Item, quæ ad observantiam Festorum

pertinent, ad reverentiam, & ad Bona Ecclesiarum, ut in propriis sancitum est Capitibus, jubemus. Hinc Parochi post hujus Synodi emanationem, eam perlegant accuratè, & cuncta, quæ sunt populo denuncianda in Pagellis conscribant, suo, ut muneri satisfaciant, Nostramque adimpleant voluntatem. Tempus autem, quo inter Missarum Solemnia hoc exequi debent, est immediatè post Evangelium ante Symboli Niceni recitationem, vel Decantationem; unde ipso volumus dumtaxàt Parochis esse licitum, suis cum Parochianis in Missâ supradictos habere sermones, sacrasque collocutiones. Contrafacientes pœnis arbitrariis a Nobis erunt acriter puniendi.

Omnibus, & singulis animarum curam gerentibus, ut de more præter libros, in quibus Baptizatorum, & mortuorum Nomina, & Matrimonia ad formam Ritualis Romani præscriptum describantur, præcipimus, alios tres etiam apud se retineant, quorum in uno nomina Confirmatorum, in altero verò, omnes, qui sunt in Parochiâ, ac potissimum sunt in Paschate ad communicandum obbligati, & an hujusmodi omnes satisfecerint præcepto, adnotentur; in tertio omnia tandem sint Bonorum Mobilium, & Immobilium Inventaria, cum oneribus, & Missarum Obligationibus. Quì iis, subjaceant pœnis suò loco inflictis, carverint.

Nos iaque, qui maximè in optatis habemus, nostrâ in re tàm gravi Diœcesi promovere Curam, & Pastorum Animarum diligentiam, quibus nulla unquam proprii Oblivio muneris subrepat, duo à Tri-

Tridentinâ Synodo edita Decreta super personalem Residentiam, unum sub Paulo III. sess. 6. de Reform. Cap. 2., alterum sub Pio IV. sess. 23. de Reform. Cap. 1. nec non Circulares Literas Jussu Clem. XI. singulis Ordinariis, de Residentiæ Legibus inviolabiliter servandis conscriptas, quas hìc volumus imprimendas, ab omnibus, & singulis, quibus residentiæ personalis in propriâ Ecclesiâ onus incumbit, semel ad minus in Anno legendas, jubemus: prætereà nonnullæ Sacræ Congregationis Concilii Declarationes, quæ de residentiâ Parochorum nonnulla solvunt dubia, apponentur; inde enim, & residentiæ, & Parochialia munera, quo jure, & quando sint pondere, quos obligent, & quamdiù, & quibus pœnis in transgressores animadvertendum sit, facile intelligentur. Et si hæc omnia non sufficerent ultrà Constitutionem 10. incipien. *De salute*. Constitutionem 19. incipien. *In supremâ* Pii IV., & Constitutionem 65. incipien. *Cupientes* Pii V. plures alias declarationes Sacræ Congregationis Concilii super onere Parochorum residendi, habentur apud Barbos. Summa Bullar. in verbo *Parochus*, & in verbo *residentia*, quorum ab omnibus observantiam Nostræ Diæcesis Clericis ad residentiam adscriptis rigorosè præcipimus, & mandamus; renovando insuper, quæ à Prædecessoribus Nostris, & præsertim à Paulo Peccii in suâ Synodo Anni 1683. hâc de re statuta sunt; videlicet, quod nullus Parochus à propriâ audeat abesse residentiâ ultra biduum (Nos autem dicendum putamus ultra bimestre) nostrâ absque licentiâ, vel Nostri Generalis

Vicarii, ſub ſcutorum pœnis vigintiquinque piis locis applicandorum, aliiſque arbitrio Noſtro; & ſi etiam per diem abire decreverint, alio ſemper Curam Animarum Sacerdoti ad Confeſſiones à Nobis approbato commendent, nec in diebus, hâc, ſolemnitatum, etſi graves adſint infirmi, uti poſſint facultate.

Quoniam ſæpè verò contingit, ut proprias infirmitatis causâ Parochi aliquando Eccleſias relinquere cogantur, ad faciliorem Curationem mandamus, ut illi, qui ex præfatâ Causâ à reſidentiâ diſcedendi Opus habeant, à Nobis, vel à Vicario Noſtro Generali, facultatem in ſcriptis obtinendam, atteſtatione Phiſicorum muniti, exigant; & quandocumque, causâ per Nos prius cognitâ, & probatâ, abeſſe contigerit, Vicarium idoneum à Nobis approbatum, cum debitâ Mercedis aſſignatione relinquant. Contra non ſervantes hæc omnia, etiam uſque ad Cenſuras, & privationem ad tempus, vel in perpetuum juxtà gravitatem exceſſus; rigorosè Juris remediis adhibitis, erit procedendum.

Declaratio Sac. Congr. Concilii ſuper examine Parochorum in Placentinâ 26. Auguſti 1628.

SAc. Congregatio cenſuit Epiſcopos ſucceſſores poſſe ſuperveniente rationabili cauſa, etiam ex officio iterum examinare, tàm in Viſitatione, quam extra, Parochos, quamvis Regulares, approbatos tempore Proviſionis Parochialium.

Et

Et plures eadem Sac. Congr. apud Pignattelli consult.133. tom.1. & apud Card. de Luc. disc. 16. de Parochis n.2. & per tot. & apud Rotam decis. 166. decis.257. decis.258. par.19. recent.

Declaratio Sac. Congr. Concilii super residentiâ Parochorum.

E*Piscopus Fulginaten. supplicavit à Sacrâ Concilii Tridentini Congregatione declarari.*

Primò. An Rectores Ecclesiarum Parochialium à Civitate distantium, per duo, tria, aut quatuor milliaria circiter, possint sinè expressâ Episcopi licentiâ abesse à suis Ecclesiis Parochialibus, relicto ibidem substituto ab eis deputato, & in Civitate, tàm diurno, quàm nocturno tempore jugiter commorari, exceptis solis diebus Festis, in quibus ad dictas Ecclesias se conferunt, revertentes illicò ad Civitatem.

Secundò. An Parochi, qui nocturno ceteroquin tempore resident apud suas Ecclesias, possint, celebrata summo manè Missa in dictis Ecclesiis, se conferre ad Civitatem, & in eâ diurno tempore totius, vel majoris partis anni commorari, licèt apud dictas Ecclesias adsint eorum substituti.

Tertiò. An dicti Parochi, qui ceteroquin diurno tempore resident apud suas Ecclesias, possint nocturno tempore totius, vel majoris partis anni commorari in Civitate, licèt apud dictas Ecclesias adsint eorum substituti.

Sacra Congregatio Concilii die 10. *Maij* 1687. *respondit in omnibus. Negativè.*

Li-

Literæ Circulares de Ordine SS. D. N. D. Clementis PP. XI. transmissæ ab Eminentissimo D. Card. Præfecto Sacræ Congregationis Concilii.

Perillustriss. & Reverendiss. Domine uti Frater.

PAstoralis officii debito salubriter exequendo assiduè intentus Sanctiss. D. Noster, in eam præ ceteris singulari studio incumbit solicitudinem, ut omnes Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum dignitates, Canonici, Beneficiati, Portionarii, aliique earum obsequiis mancipati, præcipuè verò Ecclesiarum Parochialium Rectores, & quicumque alii animarum curæ præpositi, juxtà Sacrorum Canonum, & Sacri Tridentini Concilii Decreta, atque Apostolicarum Constitutionum præscriptum, personalis residentiæ munus, quo obstricti sunt agnoscant, illudque bona fide, & qua par est, sedulitate, ac diligentia præstent; Cum autem sanctitati suæ, non absque gravi animi sui Merore, dudùm innotuerit, nonnullos præfatarum Ecclesiarum servitio, vel animarum regimini addictos, proprii oblitos Officii, huc illuc per menses, & annos divagari, sinè ulla suorum Prælatorum licentia, vel etiam cum ea, sed ultra tempus permissum, ac præter causas legitimas ab eisdem Sacris Canonibus, & Sacro Tridentino Concilio approbatas, & absque Apostolicis indultis, quæ ab hac Sacra Congregatione Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ejusdem Con-

Concilii Interpretum justam dicendi causam habentibus concedi solent; unde non rarò fit, ut Divina Officia, & Ecclesiastica munia, quæ ab integro Ministrorum numero expleri debent, maximè negligantur, & Animarum cura, proprio Pastore destituta, gravissimum patiatur detrimentum, nec sit qui parvulis præsentibus Evangelicum panem frangat; Volens propterea Sanctitas sua, pro eximio, quo pollet, zelo, maximè hunc abusum è medio tollere, simulque opportunè prospicere, ut singuli Ecclesiarum Ministri deinceps iis debita fideliter exhibeant obsequia, & Parochialium inprimis Ecclesiarum Rectores pascendis ovibus sibi commissis assidue, ac diligenter vacent; sicuti ea de re saluberrima in Urbe mandata nuper edidit pro iis, qui alibi residere obstricti, inibi commorantur; ita etiam jubet, ac præcipit universis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac ceteris Locorum Ordinariis quibuscumque, ut propriam quisque Pastoralem solicitudinem excitantes, prælaudata Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini Decreta adversus prædictarum Ecclesiarum Canonicos, omnesque, & singulos Beneficiatos, de jure, vel consuetudine residere obligatos, nec non adversus Parochos, & quoscumque alios animarum Curam exercentes respectivè edita seriò observent, ac observari faciant, eos opportunis remediis ad personalem residentiam compellendo, ut onera unicuique eorum pro Divino cultu, & Ecclesiarum, Animarunque servitio incumbentia sustinere commodè possint. Porrò in hunc ipsum finem eosdem Locorum Ordinarios hortatur, ac admonet, ut hujusmodi Parochos, Canonicos, aliosque

Be-

Beneficiatos, ut supra, residere detrectantes, pœnis à Sacris Canonibus, & Sacro Tridentino Concilio Statutis, substractionis scilicet fructuum, & crescente contumaciâ, privationis etiam Canonicatuum, ac Beneficiorum, quibus potiuntur, mulctare, & coercere non omittant, ac in eos ulterius procedant, juxtà formam Decretalis Innocentii III. relatæ in cap. ex tuæ de Cleric. non resident. *Implorato etiam ad id, ubi opus fuerit, auxilio, & ope ordinariorum, in quorum Diœcesibus prædicti refractarii commorantur. Ut autem hæc omnia suum exactiùs sortiantur effectum, sanctitas sua iisdem Locorum Ordinariis injungit, ut quos ex Parochis, dignitatibus Canonicis, & Beneficiatis hujusmodi, in præsens, vel etiam inposterum quandocumque à propriâ residentiâ abesse compererint ultra tempus permißum, & absque debitis Apostolicis Indultis, eorumdem contumacium nomina, & Beneficia residentialia, quæ obtinent, ac insuper Diœceses, & Loca, in quibus ipsi moram trahunt, huic Sacræ Congregationi per suas Literas incunctanter denuncient, & quoad Contumaces in Urbe degentes, idipsum, tam eidem Sacræ Congregationi, quàm Eminentissimo ejusdem Urbis Vicario significent. Mandat denique sanctitas sua, ut præsentes Literæ, ne ullo unquam temporis decursu obsolescant, aut in desuetudinem abeant, in istius Cancellariæ regestis describantur.*

Cumque in his exequendis provida inprimis Sacrorum Antistitum solertia versari debeat, confidit SS. Pater præmissa omnia ab Amplitudinis tuæ pervigili zelo, enixoque studio ità præstanda fore, ut ne-

nedùm Pastoralis Officii sui debito cumulatè satisfaciat, verùm etiam nihil desuper sanctitati suæ desiderandum relinquat, & amplitudini tuæ à Summo bonorum omnium Largitore fausta omnia precamur.

Ampl. Tuæ

Datum Romæ die 15. *Martii.* 1710.

Uti Frater studiosus.

B. Cardinalis Panciaticus Præf.

V. Petra Secret.

Decreta Congregationis Sacrorum Rituum circa Jura Parochialia, Functiones, & Præeminentias inter Parochos, & Confraternitates Laycorum, earumque Capellanos, & Officiales Urbis, & Orbis.

A*D debitum imponendum finem controversiis, quæ inter Parochos, & Confraternitates Sæculares, earumque Capellanos, & Officiales super juribus Parochialibus, & Functionibus Ecclesiasticis, nonnullisque Præeminentiis, seù prærogativis frequenter exoriri solent, in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Colloredo propositis infrascriptis dubiis, videlicet.*

1. *An Confraternitates Laycorum legitimè erectæ in Ecclesiis Parochialibus, habeant dependentiam à Parocho in explendis functionibus Ecclesiasticis non Parochialibus?*

2. *An dictæ Confraternitates erectæ in Capellis, vel Oratoriis, tùm publicis, tùm privatis, annexis Parochialibus Ecclesiis, & ab eis dependentibus, ha-*

beant dictam dependentiam à Parocho quoad dictas Functiones?

3. *An Confraternitates erectæ in aliis Ecclesiis publicis habeant quoad easdem functiones aliquam dependentiam à Parocho, intra cujus Parochiæ limites sitæ sunt Ecclesiæ?*

4. *An Confraternitates erectæ in Oratoriis, tùm publicis, tùm privatis, sejunctis ab Ecclesiis Parochialibus, quoad dictas functiones Ecclesiasticas habeant dictam dependentiam à Parocho?*

5. *An Benedictiones, & distributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum, sint de juribus merè Parochialibus.*

6. *An Benedictiones Mulierum post partum, Fontis Baptismalis, Ignis, seminis, ovorum, & similium, sint de Juribus merè Parochialibus?*

7. *An Functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ, sint de juribus merè Parochialibus?*

8. *An celebratio Missæ solemnis Feria quinta in Cœna Domini sit de dictis juribus Parochialibus?*

9. *An prima pulsatio Campanarum in Sabbato Sancto sit de dictis juribus Parochialibus?*

10. *An celebratio Missarum solemnium per annum, sive pro Vivis, sive pro Defunctis, sit de dictis juribus Parochialibus?*

11. *An expositio Quadraginta Horarum, & Benedictio, quæ fit super Populo, sit de dictis juribus merè Parochialibus?*

12. *An expositio, quæ fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit super Populo, sit de dictis juribus Parochialibus?*

An

13. *An functiones in praecedentibus octo dubiis, videlicet à dubio quinto ad duodecimum expressa peragi possint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho?*

14. *An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres statis horis recitari possint Horæ Canonicæ, cum cantu, vel sine, absque aliâ licentiâ Parochi?*

15. *An in dictis Oratoriis privatis sit licita celebratio Missæ privatæ assentiente Ordinario Loci, & contradicente Parocho?*

16. *An Capellani Confraternitatum possint Populo denunciare Festivitates, & Vigilias occurrentes in Hebdomadâ absque licentiâ Parochi.*

17. *An Parochus invitis Confratribus docere possit Doctrinam Christianam in prædictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis, vel privatis à Parochiali divisis, & separatis?*

18. *An in sæpè dictis Ecclesiis publicis Confraternitatum possint haberi publicæ Conciones, etiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus, cum licentiâ Ordinarii, & absque licentiâ Parochi?*

19. *An in eisdem Ecclesiis possit celebrari Missa, sive lecta, sive cantata, ante Missam Parochialem sive lectam, sive cantatam?*

20. *An ad Parochum spectet facere officium funebre super Cadaveribus sepeliendis in sæpedictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum?*

21. *An intrà ambitum earumdem Ecclesiarum fieri possint Processiones, juxtà cujusque Confraternitatis institutum, absque interventu, vel licentiâ Parochi?*

22. *An eadem Processiones fieri possint extrà ambitum dictarum Ecclesiarum, absque licentiâ illorum Parochorum, per quorum territorium transeundum est?*

23. *An in dictis Processionibus Capellani Confraternitatum possint deferre Stolam?*

24. *An Episcopo accedenti ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum sit aspersorium à Parocho, in cujus territorio sunt sitæ dictæ Ecclesiæ?*

25. *An earumdem Ecclesiarum, & Confraternitatum Rectores, & Capellanos possit Parochus, cessante alio speciali, ac legitimo titulo, & ex solo jure Parochialitatis, compellere invitos ad assistendum functionibus Ecclesiæ Parochialis?*

26. *An in sæpedictis Ecclesiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ.*

27. *Præsuppositâ facultate retinendi, an possit infra Annum publicè exponi, sine licentiâ Ordinarii?*

28. *An possit Parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in sæpedictis Ecclesiis recollectarum, vel Capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere?*

29. *An in Ecclesiâ Parochiali Confratres, vel eorum Capellani immiscere se valeant, invito Parocho, in ejusdem Ecclesiæ functionibus, sive Parochialibus, sive non Parochialibus?*

30. *An Confraternitates, sive sint erectæ in Ecclesia Parochiali, sive extrà illam, possint pro libito, &*

& juxtà uniuſcujuſque peculiaria ſtatuta, Congregationes ſuas facere, abſque interventu, vel licentiâ Parochi?

31. *An poſſint propria Bona adminiſtrare, ac de illis diſponere, abſque ulla dependentiâ à Parocho?*

32. *Quando Parochus eiſdem Congregationibus interſit, de Mandato Ordinarii, & tanquam ejus delegatus, an poſſit ſuffragium deciſivum ferre, & quatenus Affirmativè.*

33. *An etiam ſuffragium duplex?*

Sacra eadem Rit. Congreg. re maturè diſcuſsâ reſpondendum eſſe cenſuit.

AD primum. Affirmativè.

Ad ſecundum. Affirmativè.

Ad tertium. Negativè.

Ad quartum. Negativè.

Ad quintum. Negativè.

Ad ſextum. Negativè; ſed Benedictiones mulierum, & Fontis Baptiſmalis fieri debere à Parochis.

Ad ſeptimum. Negative, prout jacet.

Ad Octavum. Negativè, prout jacet; ſed ſpectare ad Parochos.

Ad Nonum. Negativè prout jacet; ſed ſpectare ad Eccleſiam digniorem, ad formam Conſtitutionis Leonis X. la. 22. §. 14.

Ad decimum. Negativè, prout jacet; ſed licere Confratribus dumtaxat in Feſtivitatibus ſolemnioribus ejuſdem Eccleſia, vel Oratorii, ut in Brunduſina ſub die prima Junii 1601.

Ad

Ad undecimum. Negativè.

Ad duodecimum. Negativè; & quoad Benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus serventur Decreta.

Ad decimumtertium satis provisum in superioribus.

Ad decimumquartum. Affirmativè; nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causâ.

Ad decimumquintum. Affirmativè.

Ad decimumsextum. Affirmativè.

Ad decimumseptimum. Negativè.

Ad decimumoctavum. Affirmativè.

Ad decimumnonum. Negativè; nisi aliter Episcopus disponat.

Ad vigesimum. Affirmativè, quando tumulandus est subjectus Parocho, intrà cujus fines est Ecclesia, vel Oratorium.

Ad vigesimumprimum. Affirmativè.

Ad vigesimumsecundum. Negativè; nisi adesset licentia Episcopi.

Ad vigesimumtertium. Negativè, extrà propriam Ecclesiam.

Ad vigesimumquartum. Negativè.

Ad vigesimumquintum. Negativè.

Ad vigesimumsextum. Negativè.

Ad vigesimumseptimum. Negativè.

Ad vigesimumoctavum. Negativè.

Ad vigesimumnonum. Negativè.

Ad trigesimum. Affirmativè, dummodò non impediant functiones, & Divina Officia.

Ad trigesimumprimum. Affirmativè.

Ad

Ad trigesimumsecundum. Negativè.

Ad trigesimumtertium. Negativè.

Et ità salvis tamen Conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forsan factis, concordiis inter partes initis, & à S. Sede approbatis, Indultis, Constitutionibus Synodalibus, & Consuetudinibus immemorabilibus, vel saltèm centenariis, declaravit, ac decrevit, si Sanctiss. D. Nostro videbitur. Die 10. *Decembr.* 1703.

Et factâ deinde per me Secretarium de prædictis Decretis Sanctissimo Domino Nostro relatione, prævià eorumdem integrâ lecturâ, Sanctitas sua laudavit, benignèque approbavit, & publicari, & non obstantibus quibuscumque aliis in contrarium facientibus, servari mandavit. Die 12. *Mensis Januarii* 1704.

G. Card. Carpineus.

Loco ✱ *Sigilli.*

B. Inghirami S. R. C. Secr.

Explicationes necessariæ pro nonnullarum supradictarum responsionum dilucidâ intelligentiâ.

IN primis scire operæ pretium est, quod Decreta supradicta illis, præter Confraternitatibus, juxtà Clementis VIII. Bullam legitimè institutis, juvare non possunt, quæ tria profectò requisita, ad hoc, ut legitimè institutæ dicantur, debent obtinere. Primum, quod in Loco, ubi Confraternitas reperitur, eundem alia locum illius Instituti occupare non possit. Secundum, quod instituere facultatem habentes, prius à Loci ordinario

rio facultatem receperint cum ejus Literis Testimonialibus, quibus Confraternitates erigendæ Pietas, & christiana charitatis officia, quæ cupiunt exercere, apud illos commendentur. Tertium, quod privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, quæ ordini instituenti, seù Confraternitati aggreganti competunt, non sub formulâ generali verborum, vel ad instar, sed nominatim, & in specie communicentur.

Prætereà, quod Regulæ, & Statuta communicari non possint Confraternitatibus erigendis, nisi ab Episcopo prius Diœcesaneo examinata fuerint, & approbata, ità ut inposterum semper ejusdem Episcopi Decretis, Moderationi, Correctioni, & Visitationi in omnibus semper subjecta remaneant: ita ut per aggregationem nihil Ordinarii jurisdictioni detrahatur, sicuti Sacra Concilii Congregatio pluries declaravit, ad rem hanc in unâ *Potentina aggregationis*, in quâ dubiis propositis -- *Primum, an ad effectum, ut Confraternitates Laycales aggregatæ, regulis uti possint, & Statutis, ac Constitutionibus, quas ab Archiconfraternitatibus aggregantibus, necessaria sit prædecens Ordinarii loci aggregatio, recipiunt observandas? Secundum, an ad effectum, ut Confraternitates aggregatæ uti, & Indulgentiis Archiconfraternitatum aggregantium possint gaudere, necessarium sit Episcopi approbatio, cum duorum de Capitulo interventu? Tertium an Confraternitatibus aggregatis Archiconfraternitati Mortis de Urbe Cadavera sepelliendi occisorum tàm in Civitate, quàm extrà, & tàm Civium, quàm exterorum*

rum, quando Parochi parati sunt dicta Cadavera sepellire, jus competat? Quartum an dictæ Confraternitates subsint ordinario? ità ut eorum administratores rationem ordinario reddere teneantur. Die 29. Maji 1683. Sac. Congregatio Concilii respondit, ad 1. 2. & 4. Affirmativè, ad 3. Negativè lib. 33. dec. fol. 148.

Secundò est animadvertendum, quod ultrà Parochialia Jura, etiam functiones Parochiales reperiuntur, uti sunt super Cadaveribus Officii celebratio, Puerperarum, Palmarum, Cinerum, Candelarum Benedictio, nec non Missæ feriâ quintâ in Cœnâ Domini celebratio, Domorum, & Fontis Baptismalis Benedictio, ac pubblica Eucharistiæ expositio &c., quas omnes Parochiales Functiones, ut divus sancivit Carolus in Concilio quinto Provinciali, & in septimo à Paulo V. approbato fieri in Oratoriis, sive Confraternitatum Ecclesiis sub penâ à Divinis suspensionis prohibitas esse nemo non videt.

Tertiò sciendum est regulam ab Urbis Archiconfraternitatibus non esse desumendam, propter eorum præeminentiam, quam sibi vendicant juremeritò ob Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Præsidentiam, uti benè in suâ Bullâ Clemens VIII. supradictus animadvertit.

Ex quibus liquet 5. 6. 8. 10., & 12. Decretum suprà recensitum non favere aliis extrà Urbem Confraternitatibus, ut patet clarè ex Congregationis in Neapolitanâ Decretis 18. Maji 1602. per hæc verba — *In Ecclesiis Parochialibus, etiam,*

quæ Magistrorum Laycorum gubernio, & directione esse solent, extauritis nuncupatis, Sacerdotalia munia, & Presbyterales functiones, quæ populi, & animarum Curam quodammodo concernere videntur, quales sunt Candelarum, Cinerum, Palmarum, fontis Baptismalis Benedictiones, SS. Sacramenti delationes, celebrationes Missarum Feria V. Cœnæ Domini, & Sabati Sancti aspersiones Domorum, & quæ in Dominicis diebus in Ecclesiâ fiunt, quæque circa cultum SS. Corporis Domini in quadraginta horarum oratione, & similes, non ad Capellanos, seù etiam Sacristas Ecclesiarum hujusmodi ab eisdem Laycis deputatos, sed ad Parochum, seù Rectorem animarum Curam habentem in Ecclesiis hujusmodi institutam, & præcedente examine, & aliis requisitis, provisum spectare debere censuit. Quod totum innumeris illustrari posset decretis, sed brevitatis gratiâ omittuntur, & dumtaxat referuntur resolutiones Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in unâ Phegien. inter Monasterium, & Monachos S. Petri Congregationis Cassinentium, & Confraternitatem SS. Sacramenti dictæ Civitatis, in quâ propositis dubiis.

1. *An Confraternitas sit exempta à Jurisdictione Ordinarii.*

2. *An eidem Confraternitati competat facultas retinendi Campanas obstrepentes in culmine Oratorii.*

3. *Processiones faciendi per Parochiam cum stola, & Cruce, occasione associationis Cadaverum, & similium.*

4. *Continuò asservandi Sanctissimæ Eucharistiæ Sa-*

Sacramentum etiam cum illius publicâ expositione.

5. *Administrandi publicè Sacramenta Confessionis.*

6. *Benedicendi Candelas, Cineres, & olivas.*

7. *Functiones peragendi in majori Hebdomada, signanter in die Cœnæ Domini.*

8. *Ibique sepelliendi cadavera, absque ullo interventu Parochi, istique omninò denegando Jura Parochialia.*

Die 5. Junii 1699. Sac. Congregatio, referente Eminentissimo Cardinali Tanario, censuit, & decrevit non constare de exemptione; & in reliquis inhærendo Decretis, aliàs desuper editis censuit respondendum. Negativè.

Cæterum si quæ verè contraria decreta reperiantur, magni non sunt facienda; quia vel de Benedictionibus non solemnibus extrà Cinerum, Palmarum, & Purificationis B. M. Virginis loquuntur dies, & veniunt intelligenda, vel non auditis, aut indefensis Parochis articulo non examinato, ac animadversionibus supra relatis non factis, vel demùm ex aliquâ facti circumstantiâ nobis ignotâ, est credendum emanasse.

Hinc nihil esset addendum pro dictorum rectâ sæpe relatorum intelligentiâ Decretorum, nihilominus pro majori etiam claritate, duximus adjungendum sequens Decretum in unâ Cæsaraugustanâ 14. Januarii 1612. hujus verba sunt -- *Cum in Civitate Cæsaraugustana intra fines vetustissimæ Parochiæ S. Pauli ejusdem Civitatis situm sit quoddam Hospitale cum Capellâ sub invocatione B. Mariæ Conceptionis, & SS. Justæ, & Rufinæ, cujus Hospi-*

spitalis Confratres sub prætextu, quod dictum Hospitale extitisset in Monasterio Fratrum Carmelitarum, obtinuerunt aggregari Hospitali, sive Ecclesiæ Lateranen. de Urbe, & ex dictâ aggregatione prætendunt per Capellanum, seù Capellanos suos dicto Hospitali inservientes exercere posse omnia, & singula, quæ ad solum Parochum pertinent, ut Missam cum cantu solemniter celebrare, Confessiones audire, Communicare, sepellire mortuos; prædicare, Sacramenta ministrare, in Die Cœnæ Domini sepulchrum facere, Sanctissimum Sacramentum reservare, & alia hujusmodi exercere, etiam sine consensu, & licentiâ Ordinarii, & ipsius proprii Parochi, quæ ex dispositione Juris ad solum, & proprium Parochum spectant &c. Propterea tàm pro parte Parochi prædicti, quàm Prioris, & Fratrum dicti Monasterii Carmelitarum supplicatum fuit in Sac. Rit. Congreg., ut dignaretur declarare supradicta omnia dictis Confratribus non licere, absque expressâ licentia Ordinarii, & cum negocium ab eadem Sac. Rit. Congr. commissum fuerit Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali de Monte. Eadem Sacra Rituum Congregatio censuit non licere dictis Confratribus Hospitalis prædicti, & Capellæ Beatæ Mariæ Conceptionis, & SS. Justæ, & Rufinæ, sitæ sub Parochia S. Pauli in Civitate Cæsaraugustana, prædicta facere, & exercere, quæ ad proprium Parochum spectant, sine expressa Ordinarii, & ipsius Parochi licentiâ, & ità declaravit.

Ex quibus jam allatis decisionibus, Decretum tertiumdecimum nullam injungere vim, seù robur octo præcedentibus dubiis deducitur, hinc descen-

scendendo ad cetera, non abs re erit sub oculis Parochorum ponere, quæ Sacra Congregatio Concilii in unâ Novarien. præscripsit, & respondit ad sequentia dubia.

I. *An Cadavera impuberum oppidi Varalli debeant ex aliqua speciali consuetudine sepelliri in sepultura designata existente in Ecclesia Parochiali: vel potius licitum sit Parentibus tam ante, quàm post mortem illorum pro eis sepulturam eligere, eaque tumulari facere in proprio sepulchro majorum in Eccles. PP. Reformat. existente, & quatenus affirmativè quoad secundam partem.*

II. *An dicta Cadavera deferri possint ad dictum sepulchrum Majorum absque associatione Parochorum, & Cleri Sæcularis, post eorum monitionem ad interveniendum funeri, & recusantium?*

III. *An Parochis intervenientibus, sivè associatis, sive non ab aliis Concanonicis, ejusdem Parochiæ distribui debeat Candela major illâ, quæ datur Superiori Regularium associato ab aliis Fratribus.*

IV. *An dicta Cadavera deferri valeant ad Ecclesiam in quacumque hora diei, & an de nocte absque expressa licentia Ordinarii.*

V. *An Parochi sub aliqua, & quacumque prætentione possint differre, vel impedire ne tempore debito cadavera ad sepelliendum deferantur, & quatenus negativè.*

VI. *An Parochis impedientibus, licitum sit hæredi post expectatum triduum à morte Defuncti ducere funus etiam de nocte ad Ecclesiam, in qua cadaver est sepelliendum.*

An

VII. *An Parochi cogere possint hæredes, ad peragendum in Ecclesiâ Parochiali omnes Functiones Missæ solemnis accensis luminibus in singulis Altaribus Anniversariorum, quæ fiunt in Ecclesiâ Reformatorum occasione funerum.*

VIII. *An dicti Parochi possint cogere hæredes, ut celebrare faciant Missas pro Defuncto singulis Sacerdotibus Sæcularibus funus associantibus.*

IX. *An in prætensâ sociatione Cadaverum sint per hæredem defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Sæculares, quot convocantur Fratres Reformati.*

X. *An in casu, de quo agitur, Episcopus Novariensis habuerit jurisdictionem in supradictos Fratres Reformatos prætensos delinquentes extrà Claustra, seù turbantes jura Parochorum.*

XI. *An interdictum, de quo agitur substineatur in casu.*

Die 15. Martii 1704. respondit prout infrà.

Ad 1. Negativè, quoad primam partem; Affirmativè quoad secundam.

Ad 2. Affirmativè.

Ad 3. Negativè.

Ad 4. Affirmativè de die, de nocte Negativè, nisi de licentiâ Ordinarii.

Ad 5. Negativè.

Ad 6. Affirmativè, præterquam de nocte, ut suprà.

Ad reliqua dubia Negativè singillatim responsum fuit.

Igitur concludendum tandem erit prænuncia-

ta

ta ad triginta tria dubia responsa, esse intelligenda absquæ semper Jurium Parochialium præjudicio; nam, & Pontifices ipsi in omnibus Decretis, sicuti Episcopi in facultatibus nova publica erigendi Oratoria, illam nunquam formulam, idest: *juribus salvis Parochialibus*, prætermittunt; eò magis quia hisce nostris calamitosis temporibus, in quibus semper ad Sacrum audiendum ad Parochialem Ecclesiam compelli nequeunt Parochiani, nec Paschali excepto tempore ad sacram suscipiendam Synaxim, ad pauca, ad Parochos privativè spectantia, reducuntur; uti Stolæ in Processionibus, & funeribus delatio, Domorum Benedictio, Decimarum perceptio, Eucharistici Administratio Paschatis tempore, & Infirmitatis ratione, Sacramenti, Linitio Olei infirmorum, Clavis Tabernaculi retentio, & rerum ad Sacramenta pertinentium asservatio, Sponsorum Benedictio, & defunctorum, eorumque funeralia, Publicatio Matrimoniorum, excommunicationum, & Indulgentiarum, Benedictio Fontis Baptismalis, Prædicatio in suâ Ecclesiâ, non obstante quod in solâ Matrice, vel aliâ concionetur, consuetudine. Candelarum in Die Purificationis Benedictio, & Cinerum in feria quarta Quadragesimæ, Palmarum benedicto, Celebratio Missæ feria quinta in Cœna Domini, SS. Sacramenti delatio, Benedictio Mulierum puerperarum, Ministratio Sacramentorum, nempè Baptismi, si in eorum Ecclesiâ fons est Baptismalis, Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis, in Sacramento Matrimonii assistentia, Festivitates, & Jejunia cathechizare, Missam

ſam Canere ſolemnem, mortuos ſepellire, detinere in Eccleſiâ SS. Sacramentum, & miniſtrare Eleemoſynas, retinere claves capſularum, quo reconduntur præfatæ Eleemoſynę, recipere oblationes Fidelium, & ſimilium.

C A P. XVIII.

De Congregatione Sacerdotum omnium, & Clericorum pro Conſcientiæ Caſibus diſcutiendis.

NE' Parochi dum Reſidentiæ debitum exolvunt, Otio, deſidiâque torpeſcant, neve ob ſuam inſcitiam Subditis ſint inhabiles inſtruendis, & ſic rudis Populus cæco ductus Rectore, in Errorum ambo foveas cadant. Fiant Conſcientiæ Caſuum Studio periti, quod eis eveniet procul dubio, ſi domi non tantùm ſtudeant, ſed Congreſſus etiam, omnium Congregationes Sacerdotum, & Clericorum à Nobis ſtabiliendas, in quibus morales Caſus diſcutiantur, frequentent.

Hæc itaque Synodus ſtatuit, ut pro Caſibus Conſcientiæ diſcutiendis Congregatio inſtituatur; & quia non tantùm Parochos, alioſque ad Pœnitentiæ Miniſterium deputatos, verùm etiam in Sacrorum Rituum cæremoniis obſervandis, Sacerdotes univerſos, & in Moralibus Theologiæ queſtionibus ſolvendis, oportet eſſe peritos. In eâ idcircò ut interſint, DD. Noſtræ Cathedralis in Domino hortamur Canonicos, mandamus verò, & omnibus, & ſingulis Parochis, tàm Sæcularibus, quàm Re-

Regularibus, & Monialium Confessoribus, Sacerdotibus Sacras ad Confessiones audiendas deputatis, ceterisque Capellanis, & Beneficiatis, nec non aliis simplicibus Sacerdotibus, atque Clericis omnibus in habitu, & Tonsurâ incedentibus, ut bis in mense ad casuum Congregationem Conscientiæ accedant rigorose præcipimus; cui omni tergiversatione remotâ interesse volumus omninò Parochos omnes, & non legitimè impeditos Confessarios, sub duorum in singulas vices pœnâ aureorum, ceteros verò, quantum possumus, ut pluries Sac. Congr. Concilii declaravit, hortamur.

Ut totâ autem in Nostrâ Diæcesi, quantum fieri potest, istæ Casuum resolutiones uniformiter fiant, laudabilissimam ab aliis mutuatam Ordinariis methodum, & quod majus est in Provinciali Synodo Senen. insinuatam, hic apponimus, quam exactè volumus, & ab omnibus esse ad amussim observandam, conservandam, & retinendam, cujus tenor subpositus vulgari sermone exaratur.

Legge, o Instruzione da osservarsi per le Conferenze de' Casi.

PRimieramente ordiniamo, che la Congregazione de' Casi formata secondo le Regole sottoscritte, in Terra ferma si faccia in Campiglia, e Piombino, e nell'Isola dell' Elba in Portoferrajo, Longone, Rio, Capoliveri, e Marciana, e in detti luoghi si faccia due volte il Mese: negl'altri luoghi, come più sotto si ordinerà.

Questa Congregazione abbia sempre il suo presidente fisso, e questo sia il Vicario Foraneo, se in quel luogo vi fosse, e non essendovi, sia il Piovano; in oltre il Segretario, il di cui officio duri un anno, e si faccia in questo modo. Ciascheduno de' Sacerdoti di quel luogo si raduneranno nel luogo solito destinato dal Presidente, ed ivi invocato l'ajuto dello Spirito Santo, maturamente considerino, chi possa essere il più idoneo per tal peso, lo scrivino in una Poliza, e dopo ogn'uno la dia piegata in mano al Presidente, il quale coll'assistenza di due più anziani riconosca, quale de' Congregati abbia avute più polize, e quello così nominato sia il Segretario, nè possa in alcun modo ricusare questa Carica, la quale, come si è detto, durerà un'anno, e più ancora, se sarà dalla Congregazione confermato; altrimenti finito l'anno si proceda nel predetto modo a nuova elezione. Ma la prima volta, per dare norma a questa Congregazione, tale elezione sarà fatta da Noi, e l'altre volte ancora, quando insorgessero difficoltà nell' adempire, quanto qui sopra si è detto circa la prefata elezione.

L'officio del Presidente sarà, intimare, e caritatevolmente, e per tempo far sapere a tutti gl' Ecclesiastici, di quel luogo, il giorno, e l'ora della Congregazione, e subito, che saranno radunati, egli sieda nel primo luogo a un Tavolino, ove sia un Messale, un Breviario, un Rituale, un Concilio di Trento, e questo Nostro Sinodo. Vi sederà ancora da banda di quel Tavolino il Segreta-

tario, con carta, penna, e calamaro, col ruolo di tutti gl' Ecclesiastici del luogo, e tutti gl'altri sederanno, secondo l'ordine della loro Anzianità, e dignità, se l' avessero, e avanti di principiare, il Presidente reciti l' orazione *Actiones Nostras*, dopo ordini ora ad uno, ora ad un' altro Cherico per Turno il volgarizamento d' un Capitolo del Concilio, sopra di cui per dilucidare la spiegazione litterale già fatta, vi discorra esso brevemente oppure vi muova sopra qualche dubbio con dimandarne la resoluzione ad alcuno de' Congregati. Appresso farà leggere da uno de' Congregati per Turno un Capitolo delle Rubriche, ò del Messale, ò del Breviario, ò del Rituale alternativamente, e nascendo dubi, si doveranno disciogliere da' Congregati coll' indrizzo del Presidente, e del Maestro delle Cirimonie dove sia. Indi si verrà all'esame di uno de due Casi di Coscienza proposti per quel Mese tempestivamente dal Præsidente, avvertendo, che siano Casi pratici, ed utili, la di cui risoluzione prima si farà dal più degno, e poi si seguiterà per Turno da tutti, uno per Congregazione, eccettuati i Cherici, e questa resoluzione la porterà scritta, la leggerà, e subito la consegnerà al Segretario, dopo di che il Presidente dirà sempre brevemente la sua opinione sopra la data risoluzione, e darà licenza a' Congregati di muovere brevemente qualchè difficoltà, e di discorrerci sopra, e dire ognuno il suo sentimento con gravità, fondamento, e modestia; avvertendo, che in queste dispute non si gridi, ne si faccia strepito

 ve-

veruno, nè le difficoltà restino sospese, ma tutti obbediscano al Presidente, ed in ultimo si acquietino alle di lui decisioni. Finalmente si leggerà dal Presidente un Capitolo del Nostro Sinodo per discorrervi sopra, e vedere se si osserva quanto in quello si dispuone, e darà fine alla Congregazione, con ordinare, e imporre la risoluzione del Caso, e altre funzioni a quelli, che gli toccherà, acciochè tutti venghino preparati, e la Congregazione riesca più facile, laudevole, e fruttuosa, e recitata l'orazione *agimus tibi gratias*, siano tutti da lui cortesemente licenziati.

L' offizio del Segretario in primo luogo sia provedere un libro grosso di carta bianca a spese di tutt'i Congregati, e lo tenga appresso di se, nel quale vi sia il ruolo di tutti gl' Ecclesiastici da congregarsi; in oltre fedelmente, distintamente, e più succintamente, che potrà, noti, e rescriva tutto quello, che si sarà fatto nella Congregazione, cioè prima dica il giorno della Congregazione, e poi, se tutti furono presenti, e chi fu assente, e che causa ebbe, poi soggiunga, esservi letti, e spiegati i libri stabiliti, e finalmente vi copj la risoluzione datali in Congregazione. A lui si appartenga esaminare le scuse di chi non sia potuto intervenire alla Congregazione; onde i legittimamente impediti mandino al Segretario le scuse in carta, ed esso le regiftri, e le infilzi per trasmetterle a Noi col detto libro dentro il tempo della Quaresima sotto pena di scudi quattro d' applicarsi a luoghi Pii, e quando gli sarà ritornato detto libro, nella prima Congre-

gregazione leggerà le correzioni, o miglior resoluzioni de' casi fatte in caso di bisogno; però il Segretario nel rescrivere i casi vi lasci alquanto di spazio di carta bianca per poterci apporre tal correzione.

Si ricorda al Segretario, la di cui Carica è molto importante per il buon ordine delle conferenze, la diligenza, e sopra ogni cosa la fedeltà, alla quale in tutti li suoi atti vogliamo sia strettamente obbligato, incaricandone la di lui coscienza, ed in caso d'infedeltà ne esigeremo da esso strettissimo conto, castigandolo severamente; se poi lo ritroveremo, come speriamo, diligente, e fedele, lo premieremo a suo luogo, e tempo, come meglio sapremo, e potremo.

Se accadesse, che il Segretario giustamente impedito (dovendo anch'esso mandar la scusa, come sopra) non potesse intervenire, il che Dio non voglia, a qualche Congregazione, mandi il libro al Presidente, il quale adempisca le di lui parti, registrando prima la mancanza del Segretario colla giustificazione di essa, e poi tutti gl'atti della conferenza. Lo stesso si osservi nell'assenza, che si dasse del Presidente, con che questo faccia fare le sue veci al più degno.

Negl' altri luoghi dove non è tanta abbondanza di Clero, vogliamo, che tra di loro si unischino, e ci contentiamo, che solo una volta il Mese si congreghino. L'unione sia questa -- In terra ferma Suvereto, e Sassetta, Monteverdi, e Canneto, Castagneto, e Bulgari, con Castiglioncello.

L'Eco-

L' Economo di Populonia, e di Valli vadino una volta il Mese alla Congregazione in Piombino. Nell'Isola dell'Elba siano uniti S. Ilario, S. Piero, e Poggio.

Anche questi uniti faccino le loro Congregazioni, come sopra, ed abbiano il suo Presidente, e Segretario, con questo divario, che il Presidente lo faccino i Piovani una volta per uno in questo modo, cioè. In terra ferma, quando il Presidente è il Piovano di Suvereto, il Piovano, e gl' Ecclesiastici della Sassetta vadino a fare la Congregazione da lui; e così facciano quelli di Suvereto, quando il Presidente è il Piovano della Sassetta. Il che si osservi da tutti gl'altri uniti sopra espressi, così di terra ferma, quanto dell' Isola.

L'obbligo di queste Leggi, e l'osservanza di questa Istruzione, vogliamo, e comandiamo sotto le pene sopra espresse, che incominci dentro il prossimo futuro Mese di Maggio, concedendo benignamente a tutte le Congregazioni maggiori, e minori la vacanza di due soli mesi per ciaschedun'anno. Avvertiamo in ultimo, che i Cherici non legitimamente impediti, se non interverranno alla Congregazione de' Casi, non saranno poi promossi agl' altri ordini: I Sacerdoti semplici, che trasgrediranno queste nostre Paterne, e fruttuose esortazioni, non saranno mai ammessi all' esercizio di confessare, nè agl' altri ufficj: I Confessori oltre la pena pecuniaria, saranno dopo la terza volta ipso facto sospesi dal Confessare; a' Parochi poi se saranno contumaci, si procederà a

pe-

pene più rigorose, oltre alle dette di sopra per gl' altri: mentre ci preme sommamente che tutti attendino, e si approfittino in questo fruttuoso esercizio delle conferenze morali; perchè sappiamo quanto sia necessaria negl' Ecclesiastici la scienza specialmente della Morale, e de' riti sagri, acciò non si meritino la repulsa dello Spirito S. che dice, *ego repellam te, quia scientiam repulisti, ne Sacerdotio fungaris mihi*. Oltre di che la Dottrina è contrasegno della pietà, che è l'anima degli Ecclesiastici, dicendo il Signore che *scientia non intrat in animam malevolam*; però ognuno procuri d'emulare *charismata meliora*, così nella Santità, come nella scienza, se vuol meritarsi la Nostra remunerazione, e molto più quella d'Iddio, che sarà perfetta, ed eterna.

Literæ circulares Sanctiss. D. N. Clementis XI. super exercitiis spiritualibus ad Parochos, & Beneficiatos.

Perillustriss., & Reverendiss. Domine, uti Frater.

I*Nter gravissimas Pastoralis officii curas, quibus Sanctissimus Dominus Noster assiduè premitur, in eum præcipuo studio incumbit, ut quicumque in sortem Domini vocati sunt, præsertim verò Sacerdotes, & Animarum Rectores, tùm Sacrarum Literarum, Divinarumque rerum scientiâ, tùm etiam vitæ, morumque honestate, ceteris antecellant, ac in omnibus, juxtà monitum Apostoli, præbeant semetipsos exem-*

exemplum bonorum operum in doctrinâ, in integritate, in gravitate. Cum etenim ipsi sint Sanctiora Ecclesiæ membra, dispensatores Mysteriorum Dei, Christiani Populi duces, & Magistri, mediatores inter Deum, & homines, lucernæ super Candelabrum positæ, ut luceant omnibus, qui in Domo sunt; nihil est, quod alios magis ad pietatem, divinumque cultum accendat, quàm illorum vita, & exemplum. Omnes siquidem in ipsos, tamquam in speculum, oculos coniiciunt, ut inde sumere possint, quod imitentur. Porrò cum diuturnâ experientiâ compertum sit, ad retinendam, conservandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatē, & sanctimoniam maximè conducere, ut Ecclesiastici Viri spiritualibus exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid sordidum de mundano pulvere contractum est, commodè detergitur, Ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad divinarum rerum contemplationem extollitur, rectè, sanctèque vivendi norma, vel instituitur, vel confirmatur; proinde Sanctitas sua, pro eximio, quo flagrat, omnium salutis zelo, vehementer exoptans, ut pium hoc, & saluberrimum exercitiorum Spiritualium opus ubique locorum magnoperè frequentetur, ac vigeat, universos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque tùm Italiæ, tum etiam Insularum adiacentium Ordinarios, enixè admonet, ac in Domino hortatur, ut illud in suâ quisque Diœcesi, quo majori poterunt conatu, & studio promovere satagant; præcipuè verò iis districtè injungit, ac præcipit, ut quæ dudùm San. Mem. Innocentius XI. P. M. per Encyclicam Epistolam à Sacr. Congregat. Episcoporum, & Regularium consul-

sultationibus præposita ad universos Italiæ Insularumque adiacentium Episcopos, datam die 9. Octobris 1682. quoad hujusmodi Spiritualia exercitia à singulis Clericis decem dierum spatio, antequam ad Sacros ordines assumantur, peragenda mandavit, exactè, ac inviolabiliter observari, & exequi curent, & quos iisdem exercitiis per antedicti temporis spatium minimè operam dedisse cognoverint, à Sacra ordinatione repellant penitus, & arceant. Præterea Sanctitas sua eosdem Ordinarios admonet, & hortatur, ut fructu, qui sanè uberrimus ex prædictis spiritualibus exercitiis percipitur, opportunè proposito, ac explicato universos ex Clero sibi subjecto, sed præcipuè Animarum Rectores, Confessarios, Canonicos, aliosque Beneficiatos Chori servitio adstrictos, diligenter excitent ad eadem Exercitia, saltem semel in anno peragenda in domibus Religiosorum societatis Jesu, seu Presbyterorum Congregationis Missionis, si adsint, sin minus in aliâ piâ seu Regulari Domo, ab ipsis Ordinariis ad id designandâ, & approbandâ. Ut autem alacriùs ad hujusmodi spiritualem secessum singuli conveniant, Sanctitas Sua omnibus præfatis Animarum Rectoribus, Confessariis, Canonicis, Beneficiatis, aliisque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies singulis Annis eadem Exercitia peregerint in domibus præfatis, ibique diù, noctuque permanserint, ac intereà temporis verè pœnitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quotiès id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino elargitur. Parochos insuper per idem tempus semel tantum in an-

 no

no Exercitiis hujusmodi vacàntes à residentiâ benignè absolvit; quod ipsum servari præcipit quoad Canonicos, Beneficiatos, aliosque personali residentiâ obstrictos, & Chori servitio mancipatos, quos nihilominus lucrari decernit integros fructus, & quotidianas suorum respectivè Canonicatuum, & Beneficiorum distributiones quascumque, perindè ac si Choro, Divinisque Officiis personaliter interessent, dummodò tamen eadem Exercitia peragant, obtentâ prius ab Ordinario licentiâ, à quo nullatenus concedenda erit Adventus, & Quadragesimæ tempore, ac in solemnioribus Festivitatibus, nec unquam omnibus simul Canonicis, aliisque Choro inservientibus, sed eo adhibito modo, ut Chori servitium nequaquam intermittatur, & quoad Parochos, idoneis prius subrogatis Æconomis, ab ipsomet ordinario approbandis, qui Animarum curam laudabiliter administrent. Mandat insuper Sanctitas Sua, ut hæ literæ publicentur in istâ Diœcesi, & in Cancellariæ regestis, pro perenni eorum, quæ in illis continentur observantiâ describantur, ad hunc ipsum finem ut quolibet triennio earum publicatio inposterùm renovetur.

Quæ omnia ità diligenter ab Ampl. Tuæ vigili providentiâ, ac Pastorali solicitudine præstanda fore confidit SS. Pater, ut à Sanctitate suâ laudem, à cælesti verò bonorum Operum Retributore condigna præmia valeat promereri: & Ampl. Tuæ copiosa Divinorum Charismatum incrementa ex animo precamur.

Dat. Romæ die 1. Febr. 1710.

Ampl. Tuæ. *Uti Frater Studiosus.*

B. Card. Panciaticus Præf.

CAP.

CAP. XIX.

De Divinis Officiis, & Sacris Processionibus, nec non de Praecedentiis.

QUàm indignum à Religione, quin etiam à ratione sit alienum, ut numquam in Divinis Ecclesiæ deserviant, qui velint, aut nolint aliquo modo ex Ecclesiæ fructibus aluntur, satis res ipsa communi omnium offensione Fidelium, summoque Clericalis militiæ dedecore testatur. Ut autem hujus omnes Diæcesis Ecclesiastici ad aliquam erga saltem optimum Parentem, Sanctamque Matrem Ecclesiam grati memoriam animi revocentur, cupimus vehementer, totoque Cordis hortamur affectu Nostros Cleros numerosiores, illum videlicet Campiliæ, & Plumbini citra Mare, & in Insulam, illos Cosmopolis, Portus Longoni, Rivi, Capitis Ilvæ, & Marcianæ in solemnioribus aliquando Festivitatibus, Choro gratià decantandi Missam interesse, & Vesperas, &, etiam omnes ut in hoc pariter Omnibus uniformentur, hanc Nostram de tempore, quo Ecclesiastici Nostri debent Choro interesse, per sequentem Notulam patefacimus voluntatem, quam post hujus Synodi publicationem, ab omnibus supradictorum Plebanis Locorum, volumus in Choro, ut sequitur, affigendam.

Dies præscripti in suâ Synodo ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Episcopo Nostro Massano, quibus Sacerdotes, & Clerici omnes hujus Loci Choro interesse debent.

In Nocte, & die Natalis Domini.

In Epifaniâ.

In Dominicâ Palmarum, nec non Feriâ IV. V. VI., & Sabato Sancto illius Hebdommadæ Sanctæ.

In Dominicâ Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi.

In die Pentecostes.

In Festo SS. Corporis Christi.

In Annunciatione, & Assumptione B. Mariæ.

In Festo Sancti Cerbonii Diœcesis Nostræ Patroni.

In Nativitate Sancti Joannis Baptistæ.

In Festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli.

In Festo Sancti Joseph.

In Festo Omnium Sanctorum.

Et In Festis Titularibus.

Ceteris autem festis diebus Parochus omnes ad Chorum non obliget, sed aliquos potius per Turnum, qui sint in numero sufficientes distribuat.

Sicuti valdè alienum, indignumque est, Militiam Ecclesiasticam profiteri, & nunquam Choris interesse; ubi reverà dumtaxàt non in Plateâ, non in Theatro, non in ludis, & commessatio-

tionibus &c., eſt proprius Clericorum locus, eorumque officium exercetur: ſic etiam vituperabilis eſt abuſus aliquorum deplorabiliter abhorrendus, Choro abſque ſuperpelliceo aſſiſtendi, &, quod eſt pejus, habitu non talari, & forſitàn venatorio; hinc Noſtrorum Anteceſſorum Decretis inhærendo, illud Pauli Pecci renovamus, quod eſt -- *Canonici, Sacerdotes, & Clerici omnes tàm in Noſtrâ Cathedrali, quàm in aliis Eccleſiis quibuſcumque Noſtræ Diœceſis, dum Divina Officia perſolvuntur, vel in Proceſſionibus, aut in aſſociandis funeribus, talari habitu, ſuperpelliceo mundo, & Bireto ſemper incedant, ſub pœnâ ſcutorum quatuor Locis piis applicandorum pro quâlibet vice, ſi quis contrafaciat; committendo Vicario Noſtro Generali, & Vicariis Foraneis executionem dictæ pœnæ.*

In Choro vana non habeantur Colloquia, literæ, nec aliæ quælibet Scripturæ legantur, nec de loco ad locum vagetur. Noſtræ Cathedralis Canonici ſuas ad amuſſim Conſtitutiones obſervent, maledictionis, quæ illis à Domino verbis fulminatur: *maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter*, quapropter meminerint. Ad pietatem autem, & devotionem excitandam, ut qui horis Canonicis, hortamur, Officiis, aliiſque Precibus in Choro recitandis interſunt, ſaluberrimas S. Præſulis Caroli Borromei admonitiones, præ oculis habeant, & exequantur.

Qui Eccleſiaſtico Jure, ſive Sacrorum ratione Ordinum, ſeù Beneficiorum ad Divini recitationem Officii tenentur, juxtà Breviarii Romani Ru-

Rubricas, ac à S. Pio V., & ab Urbano VIII. regulas præscriptas, Kalendariumque Senense, nocturnas, & diurnas horas, omni mentis attentione, & cordis affectu statutis ab Ecclesiâ temporibus, quotidiè recitent, & persolvant; aliàs qui, legitimo cessante impedimento, Officium recitare Divinum omiserit, vel secundum præfatas Rubricas, & Kalendarium non dixerit, si sacris absque Beneficio in ordinibus sit constitutus, à Nobis, seù Vicario Nostro Generali acriter pro primâ, & secundâ vice moneatur, & Nostro, crescente contumaciâ, arbitrio puniatur; Si verò Beneficium possideat, fructus pro ratâ temporis, & omissionis officii suos non retineat, sed in Pauperes distribuere, vel in Ecclesiæ fabricam erogare teneatur.

Quia Divinorum pars officiorum non mediocris, & solemnis Litaniarum supplicatio, atque Processionum usus ab Ecclesiâ Catholicâ commendatus, & usurpatus; hinc ut publicæ hæ Processiones ritè celebrentur, omnes, quotquot illas peragere debent, quæ in Rituali Romano de Processionibus tam in genere, quàm in specie sunt præscripta, legere attentè, atque inviolabiliter volumus observare: Ideò Parochi, ac reliqui Sacerdotes supplices procedentes approbatis solùm Litaniarum formulis, & precationibus utantur. Quâ in re si ab assignatis precibus, in eodem Rituali minimè declinaverint, præcipuè cum certum sit apud Sacrorum Canonum professores, præfatum Romanum Rituale vim Legis habere, ejusque Rubricas aliquas sub præcepto, aliquas saltem sub

con-

consilio obligare, nunquam errabunt.

Nemo publicas potest indicere Processiones, vel privatas, ultrà ab Ecclesiâ Universali statutas, vel à nobis præscriptas, vel ab immemorabili consuetudine introductas, nisi de nostrâ, vel Vicarii Nostri Generalis licentiâ, quâcumque urgenti causâ non obstante, sub pœnis arbitrio Nostro declarandis. Intra Claustri ambitum Regulares, aut Sacrarum circà Ecclesiarum muros dumtaxàt suas ducant Processiones. Feriâ V. in Cœnâ Domini, & Feriâ VI. in Parasceve ab Ecclesiis Processiones non egrediantur, juxtà Sacræ Rituum Congregationis Decreta, quibus omninò, & Sæcularis, & Regularis Clerus afficitur.

Si Ecclesiæ Matricis Processionaliter Clerus ad aliquam quâlibet ex causâ venerit Ecclesiam, ex Sacrorum Romanæ Ecclesiæ Rituum præscripto in majori Candelæ Altari accendantur, Campanæ pariter pulsentur, imò illius Ecclesiæ Clerici, vel Religiosi laudabile esset, si omnes ad Templi Valvas illi obviantes, exciperent; justum autem est, quod omninò cantus desistat, & si adsint, organa pulsentur, usque dum celebrans ad Altare pervenerit, ibique Sancti Titularis solemniori Tono intonetur Antiphona, & Oratio à Celebrante decantetur.

Processiones, ad quas sub pœnâ unius aurei pro quâlibet vice omnes Ecclesiastici, intervenire tenentur, sunt in Festo S. Marci, Rogationum, & Corporis Christi, ad quam præter recensitos, ulterius cogendi sunt Regulares, & omnes, sub de-

decem aureorum pœnâ Locis piis applicandorum de more, Societates.

Præfatæ autem Processiones ab omnibus indispensabiliter fiant, & solis Matricibus horâ competenti juxtà Locorum morem Ecclesiis, & de Corporis Christi Processione loquendo, in præcedenti Dominico die palam ex Altari per Plebanum, aut alium Ecclesiæ Matricis Rectorem pronuncietur, quos ut ante Meridiem Processionis solemnitatem curent absolvi, monemus; nec sese Plebani ob expectandi necessitatem absentes, de horæ excusent tarditate, sed horâ intimatâ, & pœnis absentes subjaceant statutis, omninò discedant.

Ad has quomodo Processiones, & quo debeant habitu incedere, est superfluum repetere, cum pluribus implicitè, & explicitè locis sit inculcatum. Importantiora autem sunt, quæ de præcedentiis restant dicendâ, de ipsis idcircò nunc tractare decernimus.

Quapropter ne circa Processiones, quæ humiliationis coram Domino specimen esse debent, ullæ de præcedentiâ controversiæ, quæ vix à Superbiæ spiritu, & certè quidem à scandalo rarissimè solent separari intempestivè exoriantur, eas omnes ad Nos opportuno tempore deferri jubemus, juxtà Sac. Concil. Trid. sancita *sess.* 25. *cap.* 13. *de Reform. & Bullam Gregorii XIII. Incipien. Exposcit Pastoralis* de anno 1583., aliorumque Pontificum Decreta, definiendas, aut maturè componendas. Quod si per temporis angustias id fieri nequeat, utpotè imminente Processionis horâ, aut

aut hæc inchoata, ad scandala evitanda, & partium jura salvanda, prudentiori factâ coràm Testibus protestatione, & juxtà Evangelicum monitum, & Apostolicam suasionem, ex Charitate Fraternitatis, honore præveniens, recumbere in novissimo loco non erubescat, ad suum postea locum majori cum gloriâ, & adversantium cum rubore ascendet, ne interim Dei servitium perturbetur; hujusmodi declarantibus Nobis protestationem, & actum laudabilem, nullum ei præjudicium inferre, sed potius Judicis Arbitrium in dubio favorabile promovere.

Ad tollendas, & quantum possumus controversias, & lites dirimendas, circa inter Nostros Ecclesiasticos præcedentiam, volumus, ut tàm in Choro, quam in Processionibus, post Parochum, & Viceparochum Loci, hæc regula servetur. Semper qui prius Presbyter fuerit ordinatus, aliis posteà Ordinatis præcedere debet, etiamsì inter eos adsit Doctor, vel Vicarius Foraneus, qui alios non præcedit Presbyteros, ex hoc solo quod sit Vicarius; quia hujus nulla Officii ratione in Choro ei competit precedentia, & Processionibus, ut pluries Sac. Rituum Congregatio declaravit.

Spectat autem ad hanc præcedentiæ materiam quorumdam introductorum jam in hâc Nostrâ Diœcesi determinatio signorum, quæ Batuli vocantur, quorum hæc usum Synodus confirmat, & omnibus illis Locorum Parochis respectivè concedit principaliorum, ubi sit introducta, & laudabilis canendi diebus Missam festivis, & vesperas, introducatur

consuetudo, aliis, quibus à Nobis fuerit hucusque concessus, & inposterum concedendus erit, non derogando. Præfati igitur Bireto, Superpelliceo, ac Almutio, vulgò Batulo nigro, cum amento in extremâ orâ, coloris rubri, vulgò Mostra, ut in publicis uti valeant Functionibus, imò sub pœnis arbitrariis, ad majorem debeant decentiam, & aliorum inferiorum distinctionem; qui autem nostro ex privilegio uterentur Almutio, cum amento dumtaxat violacei coloris, ornatum volumus retinere.

Ceteri verò omnes alii Sacerdotes, & Clerici, nullâ aliâ speciali Ecclesiastici habitus notâ insigniti in Sacris, & Publicis functionibus, solum Biretum cum superpelliceo gestent.

Habitu Canonicali, ultrà consuetum indumentum, & Biretum, Nostræ semper Cathedralis Ecclesiæ Canonici uti debent, & ubique; & cum ipsi sint potior, & nobilior totius Nostri Pars Cleri, idcircò semper præcedere debent, & ab omnibus honorari, sicut eorum dignitas exposcit.

Monitos tamen omnes volumus illos, qui titulo Protonotariatus decorantur, ut in publicis omnibus functionibus Ecclesiasticis, ad quas invitantur, vel comparere tenentur, tamquam Plebani, Priores, & Rectores, aut simplices Presbyteri, vel Clerici, easque personas in eodem ordine cum aliis non Protonotariis representare, ad omnes rixarum tollendas causas, nullo modo cum Rochetto, & Mantelletta, sed cum solo Superpelliceo, & Bireto semper, & ubique in Nostrâ Diœcesi

cesi compareant, juxtà laudabilem, & inveteratam consuetudinem nostræ pariter, & aliarum Ecclesiarum, sicuti accepimus ex Antecessoribus, aliorumque Ordinariorum Synodis, & precipuè ex Florentinâ de Anno 1710. habita ab Illustrissimo, & Reverendissimo. B. M. Thoma Bonaventura de Comitibus Gherardeschæ, in cujus celebratione, & Nos in qualitate Synodalis examinatoris interfuimus, & laboravimus, idcircò ab ipsâ nunquam satis commendatâ Synodo pro hâc Nostrâ quamplura hausimus, inter quæ hanc optimam postremam circa Protonotarios utilissimam, atque necessariam dispositionem inibi *Decreto Sac. Congregationis sub die* 17. *Martii* 1629. fulcitam, quam sanctæ obedientiæ virtute inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

Decretum Illustrissimi, & Reverendissimi D. Vincentii Casalii Bononien. Massæ, & Populoniæ Episcopi, insertum in sua Synodo Massanâ celebratâ die 10. Aprilis 1586. sub Titulo de Horis Canonicis.

Cap. 2.

Benedictus, & mirabilis est Dominus in Sanctis suis, & honoratur ex eis; quia sanctificavit eos. Itaque jubemus ante omnia, ut cives, habitatores, & incolæ Civitatis Massanæ, & alii etiam, festum celeberrimi Sancti Cerbonii devotè, ac solemniter venerari teneantur, sub pœnâ peccati mortalis. Sacerdotes deinde omnes jurisdictioni nostræ subiecti, mandamus,

 ut

ut præfati celeberrimi Sancti Cerbonii Episcopi, & Confessoris, cujus festum die 10. Octob. celebratur, officium omninò dicere, recitare, ac dupliciter, solemniterque celebrare teneantur. Ad vigiliam autem ejusdem Sancti, & Patroni jejunandam, omnes paternâ charitate adhortamur, votisque omnibus exoptamus, ut Parochi ipsi in vigiliis Sancti illius, cui suæ Ecclesiæ Parochiales sunt in titulum dicatæ, & erectæ non modò populum eisdem subiectum ad jejunium optimis verbis, sed proprio etiam exemplo excitent, & commoneant. Hoc eodem Decreto statuimus, & ordinamus, ut præfati Clerici, etiam officium dedicationis, seù Consecrationis Nostræ Massanæ Cathedralis Ecclesiæ cum totâ octavâ eo die, quo à nobis fuit cum Dei adiutorio, Sanctique Cerbonii favore, consecrata [die videlicet, 23. Martii] dicere, & recitare sub antedictâ pœna teneantur.

Admonitiones S. Caroli Borromæi Archiep. Mediolanen. iis, qui Horis Canonicis in Choro recitandis tenentur.

OMnes in Choro statis horis assistite, ad Deum pro fidelibus pias, religiosasque fundite precationes. Dum eo in loco estis, memores estote adesse Christum Dominum, cui servite cum timore, ac tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti Corporis statu.

Attendite studiosè: ritè, piè, religiosè Divinas lau-

laudes concelebrate; psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in Cordibus vestris Domino.

In Choro nemo privatè, nemo tacitè Officium recitet, sed omnes uno ore Laudate nomen Domini.

A quibuscumque colloquiis, & literarum, & lectionibus librorum, atque omni vagatione abstinete.

Pro temporum ratione state, sedete, genuflectite, caput aperite, & inclinate, accuratè omnia observate, ut vestro exemplo aliis ritè, & sanctè orandi animum addatis.

In Psalmorum, Canticorum, & Hymnorum intelligentiam studiosè incumbite, affectum excitate, non ad Ecclesiam lucro distributionis adducti, sed Dei Charitate, Religionisque cultu commoti, Divinis Officiis adestote, ut verè, & ex animo Psalmi verba illa concinatis: voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Divinis Officiis absolutis paulisper omnes in Choro piè orate, modestè, & ordinatim, ad Sacristiam redite, ibique superpelliceum, sine strepitu ullo, & susurratione, deponite.

Canonicales vestros Conventus statis hebdommadæ diebus capitulariter habete, omnes, qui debetis, ad illos convenite, inde ne discedite, nisi missione à Capituli Præfecto impetrata, singuli ordine, & loco sedete, sententiam modestè dicite, & suo quisque loco, non præpostere; à verbis scurrilibus abstinete, in rebus consultandis rixas, jurgia, & contumelias cavete. In initio, & fine Capituli consuetas orationes dicite, priori loco tractanda proponite, quæ ad Divinum Cultum, ad Spiritualis Vitæ progressum, ad Eccle-

siæ

siasticam disciplinam tuendam spectant ; & deinde quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Omnia in primis agite pace mutuâ, concordi voluntate, & Charitate fraternâ vos invicem diligite; Fratres enim in Christo estis, uno pacis, & Charitatis Sadere coniunctissimi.

Nonnulla Sacrorum Rituum Congregationis Decreta Materiam jam suprà allatam concernentia.

DEcretum de Anno 1595. 7. Aug. -- *Ad horas omnes, quæ recitantur in Choro ardeant in Altari duo saltem Candelæ.*

Aliud ejusdem Anni, & Mensis. -- *Temporis præscriptio ad recitandum in Choro Divinum Officium, ab Ordinario cum duobus, vel tribus deputatis à Capitulo diversimodè fieri debet secundum diversa Anni tempora, & adnotari in Tabellâ appendendâ in Sacristiâ.*

Aliud de eodem Anno 18. Octob. -- *Matutinum in Cathedrali recitandum est manè, non autem Vesperi pro die sequenti.*

Aliud Anni 1601. 20. Aug. -- *Ubi Canonici sunt pauci, dignitates, etiam accedere tenentur ad Legile, & cantare sicut alii.*

Aliud de eod. An. 7. Decemb. emanatum. -- *Dignitatibus hinc inde distributis in Choro, incensentur eæ cum Canonicis ab unâ parte, deinde aliæ cum aliis Canonicis ab alterâ parte, non verò digni-*

ta-

tates omnes simul ante omnes Canonicos.

Aliud ejusdem Anni 20. Dec. -- *Canonici in Dominicis singillatim aspergendi sunt aquâ benedictâ, non verò unico ictu in circulum.*

Aliud Anni 1602. 13. Mar. -- *Cum Antiphonæ præintonantur, omnes ab utroque latere Chori, etiam Canonici surgere debent, juxtà Cæremoniale, non obstante consuetudine.*

Aliud ejusdem Anni 20. Apr. -- *Canonici tenentur in Choro psallere, aliàs non satisfaciunt obligationi suæ.*

Aliud ejusdem Anni 17. Julii. -- *Missa Conventualis in Festis dicenda est tempore æstivo, horâ decimâ quartâ; tempore verò hyemali, horâ decimâ septimâ: in Feriis autem potest dici paulò citius, modò non valdè diluculo.*

Aliud ejusdem Anni 3. Aug. -- *Assistentia, quæ fit ad Missam, fiat cum Pluviali.*

Aliud ejusdem Anni 5. Nov. -- *Qui assistit in Choro Missæ Conventuali, non potest portare Pileolum per totum Canonem: in aliis verò Divinis Officiis uti potest.*

Aliud ejusdem Anni 23. -- Nov. *Canonici debent cantare altâ voce, sed non potest eos Episcopus cogere.*

Aliud 1603. 23. Maji. -- *In Dominicis, & Festis conceditur Missa solemnis pro Defunctis, insepulto corpore.*

Aliud ejusdem Anni, & Mensis. -- *Vesperæ Defunctorum pro primâ die Mensis possunt dici post Vesperas Dominicæ, vel Festi.*

Aliud

Aliud ejusdem Anni, & Mensis. -- *Assistentes Episcopo, licèt minus digni, præferuntur omnibus aliis, & ante dignitates thurificantur.*

Aliud ejusdem Anni 5. Jul. -- *Consuetudo, ut dignitates, & Canonici Mitram, Gremiale, Baculum, Thuribulum, & similia, ministrent Episcopo, est servanda.*

Aliud ejusdem Anni 2. Aug. -- *Ubi adest inveterata consuetudo recitandi in Choro Psalmos Pœnitentiales in Feriis quintis Quadragesimalibus post Completorium, & Psalmos Graduales in Feriis tertiis ejusdem temporis, & eodem loco, retineri potest.*

Aliud ejusdem Anni 6. Sept. -- *Qui destinatus fuerit ad regendum Chorum, non est dimovendus à Choro, ut assistat Episcopo.*

Aliud ejusdem Anni 29. Nov. -- *Non est relinquendum officium debitum pro Officio devotionis.*

Aliud Anni 1604. 10. Jan. -- *Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu.*

Aliud ejusdem Anni, & Mensis. -- *Dignitates, quæ habent Præbendas cum onere cantandi Evangelium, seù Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus.*

Aliud Anni 1605. 16. Jan. -- *Si Episcopus interesse voluerit horis Canonicis, statuere debet certam adventus sui horam, qua elapsa poterit inchoari officium.*

Aliud ejusdem Anni 3. Sept. -- *Officium in Choro non est incheandum statim dato signo, sed elapsa tertia horæ parte post signum datum.*

Aliud

Aliud Anni 1606. 28. Jan. -- *Missæ ad satisfaciendum Eleemosynis alicui Ecclesiæ traditis non sunt celebrandæ per exteros ubi commodè possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ.*

Aliud ejusdem Anni 17. Jun. -- *Positâ Præbendarum distinctione in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, qui de novo obtinuerit Presbyteralem, præcedere debet habentes Diaconales.*

Aliud Anni 1607. 28. Apr. -- *Archidiaconus sustinens Baculum Episcopi, teurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non adsit contraria consuetudo.*

Aliud ejusdem anni 19. Maji -- *Res gravis pro licita Votiva solemnis decantatione cum* Gloriâ, *&* *Credo, ea est pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo; vel apud Regulares in eorum Comitiis Generalibus, seù Provincialibus, cum cantatur Missa pro re, eorumdem judicio, gravi.*

Aliud ejusdem anni 19. Maji -- *Cereus Paschalis regulariter accendendus est ad Missas, & Vesperas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis usque ad Ascensionem; in aliis servanda est Locorum consuetudo.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Septimum Candelabrum adhibeatur in Missis tantùm Episcopi solemnibus, sed non Defunctorum.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Assistens Presbyter debet Episcopum Thurificare ad sedem, quicumque ille sit, non verò Diaconus Evangelii.*

Aliud ejusdem anni 1. Sept. -- *Matutinum Defunctorum pro generali commemoratione, recitandum est manè die secunda Novemb. non verò pridiè Vesperi.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Servanda est ea consuetudo, quâ recitatur in Choro Officium parvum B. Mariæ Virginis in semiduplicibus, & Dominicis, nob obstante Bullâ Pii V. nam ibi dicitur: sine præjudicio Sanctæ Consuetudinis.*

Aliud anni 1608. 15. Mar. -- *Quamvis Prabendæ non sint distinctæ, convenit tamen, ut habeatur distinctio Pluvialium, Planetarum, & Dalmaticarum in solemnioribus.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante statim post Diaconos assistentes.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Canonici digniores debent sedere sedibus, quæ sunt viciniores Sedi Episcopali.*

Aliud ejusdem anni 10. Maji -- *Duorum Canonicorum assistentia semper convenit Episcopo, sivè celebret ipse, sive assistat divinis.*

Aliud Ejusdem anni 14. Jun. -- *Prima dignitas det Candelam Episcopo in festo Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, & Episcopus det statim primæ dignitati ante Vicarium Generalem.*

Aliud anni 1609. 10. Jan. -- *Dignitates tenentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Cæremoniale Episcoporum nominet tantum Canonicos, ubi non adsit contraria consuetudo.*

Aliud an. 1610. 6. Mar. -- *Canonici parati assistentes Episcopo præcedunt Vicario Generali, & sunt ante ipsum thurificandi.*

Aliud ejusdem anni 26. Jun. -- *Canonicus paratus debet habere locum etiam à Decano.*

Aliud

Aliud an. 1612. 18. Jan. -- *Tenentur omninò Canonici ad cantandam Missam de die, ut lucrentur distributiones.*

Aliud an. ejusdem 7. Jul. -- *Inferiores Episcopo non debent sumere de Altari paramenta pro Missâ.*

Aliud anni 1614. 19. Maji -- *Anniversaria, & Missa de Requiem, quæ certo die dici debent, eo impedito, transferri possunt in sequentem.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Canonici Missam celebrantes coram Episcopo non debent sedere in sede cum postergali, sed in scamno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Epistolæ.*

Aliud ejusdem anni 5. Jul. -- *Potest Episcopus prohibere ne Campanæ nondum benedictæ pulsentur.*

Aliud an. 1616. 30. Jan. -- *Absente Episcopo thurificandus est celebrans triplici ductu.*

Aliud ejusdem an. 28. Maji -- *Archidiaconus, si est prima Dignitas, debet facere officium Presbyteri assistentis, si est Sacerdos, & recusans, cogendus est pœnis, & censuris.*

Aliud ejusdem an. 17. Junii -- *Canonicus hebdomadarius officium faciens, debet habere locum super omnes dignitates, & Canonicos.*

Aliud 1717. 14. Jan. -- *Crux in Processionibus deferenda est à Regularibus cum velo pendente, seù pallio.*

Aliud ejusdem an. 18. Apr. -- *Accensis suo tempore Candelis non differatur officium, licèt absit Hebdomadarius, sed jussu majoris suppleat alius.*

Aliud ejusdem anni, & Mensis -- *Ad majorem in Choro spectat intonare initium Officii per Pater no-*

ster, & idem eo finito dabit signum, ut incipiatur hora.

Aliud ejusdem anni, & Mens. -- *Idem dicat*: Dies, & actus *&c.* Adiutorium *&c.* Dominus nos benedicat *&c.* Noctem quietam *&c.* Benedicat, & custodiat *&c.*, & Dominus det Nobis suam pacem, *nisi alia sit consuetudo.*

Aliud ejus. an., & Men. -- *Nemo exeat de Choro, etiam expleto officio, nisi dato à majore signo finis.*

Aliud an. 1618. 18. Mar. -- *Canonici non debent ascendere ad stallum Dignitatum, si absint.*

Aliud an. 1619. 24. Aug. -- *Absente Episcopo spectat etiam ad Vicarium Generalem edicere, & dirigere Processiones cum consilio Capituli.*

Aliud 1620. 6. Maji -- *Potest Episcopus cogere Canonicos ad discendum cantum Gregorianum etiam per subtractionem fructuum.*

Aliud ejusd. an. 12. Dec. -- *Prima dignitas debet assistere Episcopo celebranti, licet sit unica.*

Aliud de 1624. 27. Jul. -- *Rubrica de* Ave Regina Cœlorum *additum est ly inclusivè, ideoque in fine Completorii diei secundæ Februarii omissâ antiphonâ finali* Alma Redemptoris, *dicenda est* Ave Regina Cœlorum.

Aliud ejus. an. 23. Dec. -- *Symbolum S. Athanasii, quod dicitur ad Primam, laudabilius in Choro recitatur stando.*

Aliud de 1626. 16. Maji -- *Non potest omitti altera ex duabus Missis cantandis ob celebrationem Capituli Canonicorum.*

Aliud ejus. anni 18. Jul. -- *Celebrans, qui distri-*

ſtribuit Cineres, Candelas, & Ramos, detecto capite diſtribuat.

Aliud an. ejuſd. 22. Aug. -- *Prima ſedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tòtum.*

Aliud ejuſd. an. 1626. 12. Dec. -- *In Miſsâ feriæ IV. quatuor Temporum occurrentis in die octavâ Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ dicenda eſt Præfatio Communis, non verò de Beatâ Mariâ.*

Aliud an. 1627. 16. Jan. -- *Ob Miſſam votivam, ſeù pro Defunctis non eſt omittenda Miſſa Conventualis, neque poteſt introduci conſuetudo in contrarium Ritum, ſalvâ ſemper Rubricâ de Votivis aſſignatis ſingulis diebus in fine Miſſalis.*

Aliud ejuſd. an. 12. Jun. -- *Abſente Epiſcopo Benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis, fiant per eum, qui cantaturus eſt Miſſam.*

Aliud ejuſd. an. 17. Jul. -- *Poteſt Epiſcopus cogere Canonicos, ut à Capellanis in Quadrageſima faciant cantare Miſſam cum Diacono, & Subdiacono.*

Aliud ejuſdem An. & Men. -- *Neque ſimplices Sacerdotes, neque Prothonotarii poſſunt benedicere proprias Veſtes.*

Aliud ejuſd. An. 28. Aug. -- *Infra octavam Epiphaniæ, Paſchatis, & Pentecoſtes, nec non in Feria quarta Cinerum, in Hebdomada majori, in Dominicis, & in Vigiliis Nativitatis Domini, & Pentecoſtes non poſſunt dici Votivè Miſſæ privatæ, neque de* Requiem.

Aliud ejuſd. Anni, & Men. -- *Si geſta SS. Apoſtolorum, Philippi, & Jacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrerint infra Octavam Aſcenſionis, præfa-*

fatio in Missa erit de Apostolis, vel de Cruce, at Communicantes de Ascensione. Notandum primò, quod idem dicendum de aliis Festis, ac de Missis votivis, propriam habentibus præfationem, & infrà eamdem octavam celebrandis: sicuti, & hoc prorsus servandum infra octavam Epiphaniæ quod Festa duplicia primæ Classis occurrentia, si propria gaudeant Præfatione. Notandum secundò, quod infrà Octavam Nativitatis Dominicæ non solùm semper dicitur Communicantes, sed etiam Præfatio, licèt Missa, vel occurrens, vel Votiva propriam habeat Præfationem, ut clarè patet ex Missa S. Joannis Evangelistæ, in qua citatur Præfatio Nativitatis, non verò Apostolorum.

Aliud ejusdem An. & Men. -- *Oratio imperata à Superiore, veluti* Deus refugium *omittenda est in duplicibus primæ Classis: Romæ verò omittitur etiam in Festis secundæ Classis.*

Aliud ejusd. An. & Men. -- *In fine Missæ ad quodcumque Altare celebratæ fit reverentia Cruci infra gradus, capite semper aperto.*

Aliud ejusd. An. 25. Sept. -- *Si Litaniæ majores occurrerint in die Sancto Paschatis, transferantur in Feriam tertiam sequentem.*

Aliud de 1628. 17. Mar. -- *Si Episcopus in Festo Corporis Christi non deferat Eucharistiam, Canonici tamen induant Sacras vestes.*

Aliud ejusd. An. 8. Apr. -- *Officium fit duplex minus de illo Sancto, cujus habetur Reliquia insignis, scilicet caput, Brachium, Crus, vel ea pars Corporis, in qua passus est martyr, dummodò sit integra, & non pauca, & modò sit approbata, cujus ra-*

ratione recitandum est Symbolum in Missâ.

Aliud ejusd. An. 12. Jun. -- *Officium Defunctorum dici potest in Choro separatim ab officio diei, diebus exceptis à Breviario pro adimplenda Testatorum voluntate.*

Aliud ejusd. An. & Men. -- *Quod praescribitur in Cæremoniali, ut Canonici de Sacristia egrediantur bini, intelligitur in solemnitatibus.*

Aliud eod. Anno 28. Aug. -- *Abrogatur omnis consuetudo non cantandi Missam de die, ultra Votivam, seù pro Defunctis.*

Aliud eod. An. 9. Dec. -- *Solemniter consuevisse fieri officium significat Festum Populi, aut Cleri cum apparatu.*

Aliud An. 1630. 16. Febr. -- *Ne fiat Concio Coram Sanctissimo Sacramento in Altari exposito, capite tecto.*

Aliud eod. An. 28. Sept. -- *Soli Canonici debent facere consuetos circulos ante Episcopum, non autem Vicarius Generalis.*

Aliud de 1632. 31. Jul. -- *Non convenit, quod prima dignitas celebret Missam ante Processionem SS. Sacramenti, & deinde altera dignitas minor gestet illud in Processione.*

Aliud de 1633. 30. Mar. -- *Canonici in Processione intrà Ecclesiam incedant capite detecto, & extra eam cum Bireto in capite.*

Aliud de 1640. 12. Apr. -- *Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimæ, vel Candelas in Festo Purificationis, Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem.*

Aliud

Aliud de 1641. 13. Sept. -- *Tolerandum quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacristiâ.*

Aliud de 1642. 13. Sept. -- *Festum de Patrono principaliori loci, est præceptivum cum obligatione audiendi Mißam, & vacandi ab operibus servilibus.*

Aliud de 1647. 10. Febr. -- *In Missis Votivis de Passione, vel de Cruce, quæ dicuntur infra hebdomadam Passionis, non est omittendus Psalmus:* Judica me Deus, neque Gloria Patri, *ad introitum, & Lavabo, licèt hæc omnia omittantur in Missa de tempore. Adhibita diligentia hoc Decretum non existit, sed talis est Doctorum ferè omnium sententia.*

Aliud de 1650. 18. Febr. -- *Candelæ, Cineres Palmæ distribuuntur stando cum Mitrâ in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi.*

Aliud de 1662. 5. Aug. -- *Non sunt transferenda Missæ privatæ de requiem, quæ ex Benefactorum præscripto celebrandæ, incidunt in Festum duplex, sed dicendæ sunt de festo currenti, cum applicatione Sacrificii juxtà mentem Benefactorum.*

Aliud de eod. Mense, & Anno. -- *In Festo duplici non sunt dicendæ Missæ Votivæ privatæ, aut de* Requiem. *Hoc decretum intelligendum est etiam de Festo duplici translato.*

Aliud de 1663. 9. Apr. -- *Nullo modo sunt permittendæ duæ Processiones de eodem Festo, in eodem Loco, eodem die.*

Aliud ejusd. An. 4. Aug. -- *Hebdomadarius in decantandis horis Canonicis non debet uti Stolâ.*

Aliud

Aliud. de eod. Menſe, & An. -- *Sacrificia in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum poſſunt applicari ad libitum, ſcilicet, tum in genere pro omnibus, tum etiam in ſpecie pro aliquibus Defunctis.*

Aliud ejuſd. An. & Menſ. -- *Canonici Pluviali, Planetâ, Dalmaticâ, vel Tunicellâ induti, non poſſunt deferre Almucias: Canonico verò Defuncto, etiam Sacris veſtibus induto poni poteſt Almucia ſuper Brachium.*

Aliud de 1664. 15. Sept. -- *Non permittitur ad Altare majus celebratio Miſſæ, dum dicuntur in Choro Matutinum, & Horæ.*

Aliud eod. Ann. 22. Nov. -- *Anniverſaria, & Miſſæ* De requiem *quæ ex diſpoſitione Teſtatorum cum cantu ſunt quotannis celebrandæ, poſſunt cantari, etiamſi ipſorum obitus dies inciderit in Feſtum duplex majus.*

Aliud de An. 1666. 23. Febr. -- *In expoſitione, aut repoſitione SS. Sacramenti ad Verſiculum: Panem de Cœlo, ſemper additur alleluja, præterquam à ſeptuageſima uſque ad Sab. Sanctum.*

Aliud de 1679. 30. Sept. -- *In aſperſione aquæ benedictæ, quæ diebus Dominicis fit à Sacerdote Albâ, & Stolâ induto, vel etiam cum Pluviali, immediatè celebraturo Miſſam Conventualem, Stola aptanda eſt ante pectus ad modum Crucis, non verò pendens à Collo ad utrumque latus.*

Aliud eod. An., & Men. -- *Sacerdotes in die Cœnæ Dominicæ SS. Chriſti Corpus ſumpturi, poſſunt deferre Stolam, vel ante pectus ad formam Crucis,*

 vel

vel à Collo pendentem.

Aliud de 1688. 16. Apr. -- *Quando dicitur Oratio* A' cunctis, *vel* Ecclesiæ, *non est dicenda Oratio contra Paganos, vel aliâ hujusmodi, quia sufficienter una continet, quod, & altera.*

Aliud de 1695. 17. Dec. -- *Sacerdos, qui celebrat Missam Conventualem, in quâ Chorus tenetur cantare Symbolum Apostolorum, non potest illam prosequi eo tempore, quo à Choro cantatur Symbolum prædictum.*

Aliud de 1701. 22. Jan. -- *Quando exponuntur Reliquiæ ultrà Lampadem, debent continuò ardere in Altari duo lumina, aliàs non exponantur.*

Aliud de An. 1593. 23. Aug. -- *Curet Ordinarius, ut omnes tùm Sæculares, quàm Regulares, cùm in Processionibus publicis, tùm privatis, ac in eis, quæ fiunt in tumulandis Defunctorum corporibus, & aliis similibus, bini cum modestiâ, & decentiâ incedant, & ordines ipsi minimè confundantur. Congr. Episcoporum in Tolentinâ.*

Aliud de 1602. 7. Sept. -- *Retentis antiquissimis, & communibus Litaniis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litaniis de Beatâ Virgine, quæ in Sacrâ Æde Lauretanâ decantari solent, quicumque alias Litanias edere, vel jam editis in Ecclesiis, sive Oratoriis, sive Processionibus uti voluerit, eas ad Sacram Rituum Congregationem recognoscendas, & si opus fuerit, corrigendas mittere teneantur, neque sine licentiâ, & approbatione prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præsumant, sub* pœ-

pœnis (ultrà peccatum) arbitrio Ordinarii, & Inquisitoris, severè infligendis. Clemens VIII. in Congreg. Inquisit.

Aliud de 1609. 27. Jul. -- *Potest Episcopus compellere Regulares, etiam per censuras, ut accedant ad Publicas Processiones, & hoc ubique servandum esse censuit Congreg. Rit. in Ferrarien. & posteà in Aversana 1641. 12. Feb. ac in Tarentina 1642. 3. Maji, nec non in Spoletana 1650. 7. Maji.*

Aliud de 1624. 16. Jul. -- *Episcopus manutenendus est in quasi possessione cogendi Confratres per edicta pœnalia, exactionem pœnarum, aliaque juris, & facti remedia ad interessendum solitis Processionibus, non obstante aggregatione, nisi haberent privilegium speciale exemptionis. Congr. Episcoporum in Camerinen., & anteà in Viterbien. 1586. 9. Decemb.*

Aliud An. 1628. 20. Decemb. -- *Episcopus in publicis Processionibus, cum Cappa, & Bireto debet incedere solus, non autem medius inter dignitates: ubi autem defertur aliqua imago, seù Reliquia, debet incedere post eam, nisi adsit consuetudo incontrarium. Congreg. Rit. Savonen.*

Aliud de 1604. 28. Apr. -- *Nullo modo licet Regularibus facere Processiones extrà Claustra Monasteriorum, prout nec etiam licet ipsis Regularibus publicè exponere SS. Eucharistiæ Sacramentum sine expressa licentia Ordinariorum. Congr. Rit. in Lycien.*

Aliud de 1647. 6. Jul. -- *Servanda est consuetudo, ut Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & alii Clerici etiam non habentes Beneficia, & Officia, ac-*

cedant ad Processiones publicas, inserviant Ecclesiæ Festis diebus dum Missa cantata celebratur, & interveniant Congregationibus Casuum Conscientiæ, & cæremoniarum. Congr. Episc.

Aliud An. 1654. 21. Mar. -- *Potest Episcopus cogere etiam Clericos subcollectores, ut Synodis intersint, & ad publicas Processiones accedant. Congr. Conc. in Cajac.*

Aliud de 1657. 15. Sept. -- *Episcopus in Processionibus etiam SS. Corporis Christi potest post se deferre sellam gestatoriam, quia est de Ritibus, & illius usus est arbitrarium Episcopo in quocumque loco magis apto, & per Concilia, Canonicasque Sanctiones designato ad ministrandum, præsertim quando est eadem, qua utitur in Ecclesia, & quam cæremoniale, Concilium, & Canones dicunt esse de dignitate, & de Pontificali, & usus illius in stationibus reputatur, ac si esset in Ecclesia ipsa, quia Processio ab exitu, usque ad reditum unicus dicitur actus, non minus, ac in ipsa Ecclesia perficerentur, ideòque omnia loca, per quæ Processio transit, tamquam Ecclesia considerantur. Congr. Rit. in Crana., in qua jussit servari Decretum emanatum Anno 1608. 10. Maji.*

Aliud de 1696. 21. Jul. -- *Quamquam Processiones solitæ privatæ, quæ fiunt à Parochis in Parochiâ, & à Capitulo in Cathedrali, fiant sine licentiâ: si tamen transferantur, exigitur Episcopi approbatio, ut partibus informantibus fuit decisum à Cong. Rit. in Hispalen., & antea in Asten. 21. Jan. ejusdem Anni.*

Aliud

Aliud de 1692. -- *Potest Episcopus compellere Canonicos, & alios Presbyteros Beneficia, & alia Officia Ecclesiastica obtinentes, ut accedant ad omnes, & quascumque Processiones publicas, vel indictas pro honore, vel bono publico. Congr. Conc. in Caven. Et in aliâ in nullius Altamura 26. Martii 1678. fuit decisum -- Episcopum posse cogere præfatos Clericos etiam censuris, quamvis non probetur consuetudo accedendi, dummodò censuræ sint comminatoriæ ferendæ sententiæ, & in subsidium.*

Sequens Decretum, unà cum illo de Anno 1647. 6. Jul. edito superius ante quatuor ultima situm, aureo potius, quàm nigro atramento exarandum, & apprimè in omnium cordibus indelebilibus characteribus describendum; utpotè quia ab observantiâ Decretorum, tranquillitas, præfatorum, & quies pendet universa totius Cleri, cujus est tenor. -- *Præcedentia inter simplices Presbyteros debetur Antianis, præterquam in Functionibus, in quibus Presbyteri juniores supplent vices, & munus Parochi. Sac. Cong. Rit. in Prænestinâ præcedentiæ 13. Aug. 1701. -- Ideòque Presbyter Prothonotarius (addit. Sac. Congr. Rituum in nullius Phasani præcedentiæ 24. Jan. 1688.) ratione hujus dignitatis non præcedit in Choro, & functionibus aliis Presbyteris Antianis, licèt non adsint in Ecclesiâ distributiones. Secus tamen si incederet in habitu Prothonotarii, ut declaravit eadem Congr. in aliâ Ventimilien. 13. Sept. 1670.*

Addendum, quod in Processione, in quâ defertur SS. Sacramentum, vel Lignum SS. Crucis, tàm

Cle-

Clerici Regulares, quàm Sæculares, omnesque Layci incedere debent detecto capite: in aliis verò Processionibus deferentes Reliquias, & omnes Sæculares comitantes incedere debent detecto capite, alii verò Clerici tecto Capite cum Bireto, ut respondit Sac. Congr. Rituum in Cajetanâ 2. Sept. 1690. referente Card. Homodeo. Episcopus deferens reliquiam Ligni SS. Crucis in Pontificalibus poterit incedere cum Mitrâ dict. Congr. Rit. in Matheranen. 14. Junii 1692. In Processione autem Solemni Corporis Christi quando Processio sistit, Sacerdos celebrans, Subdiaconus, & Diaconus non debent sedere neque in scamno, neque in sedibus; dict. Sac. Congreg. Rit. in Hispalen. 21. Jan. 1690.

CAP. XX.

De Festorum observatione, & Jejunio.

EA, quâ decet reverentiâ, & sanctimoniâ, dies in nostrâ Diœcesi Festos de præcepto volumus celebrari; idcircò pro hujus adimplemento Decreti, Missam dumtaxat diebus Festivis audire non sufficit; sed insuper Festi dies, quemadmodum in Dei, Sanctorumque ejus honorem sunt instituti, ità, & in eorum laudibus celebrandis, & Divinis Officiis audiendis, piè ac religiosè traduci debent, eorumque amore, atque imitatione, in quo Religionis summa consistit, à terrenis ad cœlestia mentes sunt erigendæ; nullatenus verò consecrati dies, qui à mediâ nocte præce-

cedente, ad mediam usque subsequentem, quibus veluti finibus inchoantur, & concluduntur; non in avaritiâ,& abusione, non in commessationibus, & ebrietatibus,non in sacrilegiis,& impudicitiis, non in contentione, & æmulatione,non in vaniloquio,& scurrilitate,uti monet Apostolus ad Romanos 13., sunt transigendi, sed eos Divinis in Officiis recolendis,Sanctorumque intercessione promovendâ,ac flagitiorum nostrorum veniâ, cum Lacrymis impetrandâ celebrare oportet. Hinc omnes septennio majores sub peccati mortalis pœnâ hisce diebus integrè Missæ Sacrificio, devotèque assistere,& ab omni operâ servili prorsus abstinere mandamus.

Quoad primum attinet, Parochis omnibus tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, aliisque Curam animarum gerentibus, strictè præcipimus, ut singulis diebus ex Ecclesiæ præcepto festivis, Sacrum Missæ Sacrificium, in propriâ Ecclesiâ, vel per se, vel per alios celebrent sub lethalis culpæ pœnâ, & à Divinis Suspensionis ipso facto incurrendæ.

Commissum sibi Parochi Gregem diebus hisce sanctificatis diutius, quamdiù tempus, & locus tulerit, in Ecclesiâ Sacris detineant exercitationibus occupatum, ad frequentem Sacramentorum alliciant susceptionem; Oves itidem suas Christianæ Doctrinæ lactent rudimentis, Verbi Divini pabulo inter Missarum solemnia pascant, ac Divinis Vespertinis Officiis, vel saltem si legendi, vel canendi periti non suppetant, SS. Rosarii, aliarumque precum altâ, & communi recitatione, ipsis præeunti-

tibus enutriant, ut sic laudabiliter, & fructuosè Sancti dies insumantur; & Fideles quomodò sint sanctificandi festi dies, addiscant; quod ut meliùs sciant, & exactè observent, Parochi pluries in anno legere, & Populis suis Festorum Catalogum, unà cum nostro sequenti Edicto circa Festorum observantiam nuper editum, denunciare teneantur.

Non hic pro Festorum opus est Cathalogo Festivitates omnes mobiles, & Immobiles, quæ ab universali coluntur Ecclesiâ, recensere; sed Festum dumtaxàt S. Cerbonii Episcopi, & Protectoris totius nostræ Diæcesis (ut suprà in Decreto Casalii Antecessoris Nostri statuimus) addere, cujus festum die 10. Octobris solemniter ab omnibus celebrari sub pœnâ peccati mortalis, aliisque à Sacris statutis Canonibus, onerando Parochos monendi Populos, de hâc die sanctificandâ Dominicâ antecedenti, mandamus.

Editto circa l'osservanza delle Feste.

D. Eusebio Ciani Patritio Sanese per la grazia di Dio, e della Santa Sede Apostolica Vescovo di Massa, e Populonia.

Poichè il sagro Concilio di Trento ha comandato ad ogni Prelato, procurare, che nella sua Diocesi i giorni di Festa siano celebrati, e religiosamente, e con devozione; e S. Pio V. colle sue Bolle rinovando li Statuti, e Canoni antichi sopra l'osservanza delle Feste, e dopò di lui Urba-

bano VIII. nella Costituzione, che comincia *Universa* fecero alcune provisioni, e strettamente comandando agli Ordinarj de' Luoghi, che ne procurino la diligente esecuzione, ed imponghino gravi pene a' trasgressori; Quindi inerendo Noi a' prelaudati Decreti, ed ordini.

Primieramente ricordiamo al nostro dilettissimo Gregge, come corre a tutti loro l' obbligo di santificare li giorni di Domenica, e tutte le altre Feste comandate, non solo coll' udire la Santa Messa, ma anche coll'astenersi dall' opere, ed azioni non convenienti alla Santità di dd. giorni, sì da qualunque lavoro, o esercizio d' arte servile, meccanica, o mercantile, e da ogni negozio, traffico, e contrattazione, e similmente dall' aprire le Botteghe, dal vendere, e comprare qualsivoglia sorta di cose, dal pescare, caricare, vetturéggiare, e condurre da un luogo all'altro con bestie, o in altra maniera sassi, rena, calcina, mattoni, legna, carbone, pali, mobili, legnami, e tresche di qualunque sorte, e finalmente ogni altro materiale, e cose, che quì sotto, non siano eccettuate, o permesse, siccome si proibisce a' Cerlatani, Montimbanchi, ed Istrioni di far giuochi, e vendere le loro merci.

In secondo luogo, ricordiamo, che incorrono nella gravissima pena di peccato mortale, e maledizione eterna, tutti quei capi di casa, Padri di Famiglia, e Padroni, che fanno lavorare in tali giorni i loro sottoposti, subordinati, e familiari, anzi per quello riguarda i Padri di Famiglia, di

 più

più sono tenuti a condurre i loro Figliuoli ad udire la S. Messa, ed imparare la Dottrina Christiana, subito, che la loro età ne sia giudicata capace; laonde ordiniamo, e comandiamo a tutt' i Parochi della nostra Diogesi, di non ammettere a' Sacramenti, salvo, che in articolo di morte, quei Genitori, che fossero in ciò negligenti, e trascurati, e di ciò incarichiamo la coscienza di detti Parochi, sebbene in caso di trasgressione procederemo Noi, e contro gli uni, e contro gli altri con pene rigorosissime.

In terzo luogo ricordiamo, che la Festa comincia dalla mezza notte del giorno antecedente, e dura fino alla mezza notte susseguente al giorno di detta Festa, ed in tutto questo tempo, che è di 24. ore a nessuno è lecito lavorare, o fare altr' opera servile, e di qualsivoglia arte, o mestiere. Ma se accaderà, che con le debite licenze ottenute da Noi, o da' Nostri Vicarj, ed in loro mancanza, essendovi necessità, da' Parochi di fare qualche opera servile, o di vettureggiare mercanzie, prima di partire dal luogo sappino questi Vetturali, Condottieri, compresivi anche i Viandanti, e Pellegrini, che hanno l'obbligo di udire la S. Messa ne' giorni comandati, avvertendo in oltre i Pastori, e Guardiani di Bestiame, ed altre persone di simile impiego, che anch' essi hanno lo stesso obbligo di ascoltare la Messa. Ed acciocchè tutti possino avere la comodità di farlo, abbiamo in questo Nostro Synodo comandato a tutti i Parochi, che non si ristringhino a celebrare tutti nella

la medesima ora; ma si distribuischino coll'avvedimento di farne dire alcune subito dopo l'aurora per benefizio de' sopraddetti.

Chiunque ardirà contravenire in alcuna parte al presente Editto, cioè farà alcuna delle suddette opere servili, o venderà, e comprerà nel modo sopra espresso, senza le debite licenze, caderà per la prima volta nella pena di lire 10., quale di nuovo contravenendo si accrescerà ad arbitrio nostro secondo la qualità de' casi, e delle persone, colla perdita ancora delle sue robe, nella quale sarà contravenuto, e la quarta parte sia di chi avviserà, ò scoprirà tali inconvenienti, ed il rimanente servirà per usi pii.

E perchè la misera condizione dell' umana fragilità, non permette, che in tutto esattamente si osservi, quanto sin quì si è ordinato, mossi da pietà, ci siamo determinati di tollerare; che li detti giorni festivi si possino vendere, e comprare a minuto per uso di quel giorno, quando non si sia potuta fare la provisione avanti, pane, ova, frutte fresche, ortaggi, latticini, ed altre cose necessarie, e che per la corruzione non si possono conservare di giorno in giorno, ed ancora Uccelli, selvaggiume, e polli specialmente per bisogno degl' Infermi.

Si tollererà ancora, che i Pescatori ne' giorni di Festa, ne' quali si vieta il mangiar carne, possino vendere pesci; li Speziali, Macellari, Pizzicaroli possino vendere ne' predetti giorni le loro mercanzie, e se vi sarà più d'una Bottega di

Pizzicaroli, ed altri, faccino a Turno, e non tutti ſtiano colla Bottega aperta. Quali tolleranze, non s' intendino per il primo giorno del Natale, Epifania, primo giorno di Paſqua di Reſurrezione, primo giorno della Pentecoſte, Corpus Domini, Aſſunzione di Maria Vergine, S. Cerbone, e tutt' i Santi, mentre in queſti giorni vogliamo non ſia lecito di vendere coſa alcuna, ancorchè da mangiare, ſe non in caſo di neceſſità, ſotto le medeſime pene di ſopra ſtabilite.

Nel tempo della vendemmia ſi tollererà, che ne' giorni di feſta ſi poſſi vettureggiare, ſvinare &c., purchè ſi faccia quando non ſi puole fare di meno. Lo ſteſſo concediamo per il tempo della ſega, e trebbia de' grani, e altre biade, e nel raccorre i fieni, purchè non ſi perda mai la Meſſa.

Finalmente è permeſſo aſſiſtere ne' giorni Feſtivi alle fornaci di calcine, mattoni, e ſimili, non mai però dargli fuoco in giorno di Feſta; potranno anche i Maneſcalchi in tali giorni in caſo di urgenza ferrare i Cavalli, ma non accendere fuoco nella loro fucina.

Dato in Maſſa ec.

Cum bona ſit Oratio cum Jejunio, etiam de iſto in hac Noſtrâ Synodo volumus habere ſermonem, annuendo in primis Jejunium Eccleſiaſticum duo diſtincta præcepta complecti, unum delectus ciborum, alterum unicæ commeſtionis, & utrumque ſub læthalis culpæ vinculo à mediâ nocte præcedenti, ad mediam uſque ſubſequentem inviolabiliter ligare; ità tamen, ut ſuperius omnes ſeptemnio ma-

jo-

jores, & quidem toties in unâ, eâdemque die iterato peccato, quoties vetitas dapes advertenter, & cum morali interruptione comederint, posterius verò non nisi post vigesimum primum Annum completum, semel tantùm in unaquâque die utriusque Sexus Christifideles obstringat. Ex quo bene unum ab alio sejunctum subsistere posse præceptum dignoscitur: quapropter Quadragesimæ tempore ab abstinentiâ dispensatus Ciborum, nisi etiam ab hoc fuerit dispensatus jejunare tenetur: Circa quam Medici sint cauti dispensationem, cum non sine summo animi nostri mœrore eorum nimiam, talem concedendi licentiam, facilitatem perspeximus, &, quod pejus est, deplorabilem aliquorum conditionem, qui prædictâ sæpè sępius facultate carnes Quadragesimæ tempore comedendi prorsus abutuntur; idcircò huic tàm gravi malo volentes prospicere, Medicos omnes, & alios quoscumque, ad quos tales spectat concedere licentias, enixè in Domino rogamus, ac Divini sub interminatione Judicii monemus, ne ad imparem Quadragesimalibus Paupertatem cibis comparandis, neve OEconomicum familiare levamen ex Mensæ uniformitate dimanans, usquequàque respiciant; & tandem nullo alio considerato, sed unicam tuendæ, vel reparandæ valetudinis necessitatem admittant, & eâ quidem cum moderatione, ut si quibus ovorum, ac lactis usus ad corporis incolumitatem sufficiat, iis carnes penitus interdicantur, nec à totâ Quadragesimali observatione relaxentur, qui partem possunt aliquam implere; Idipsum Parochi, omnesque de-

pu-

putati ad præfatas subscribendas licentias animadvertant, & observent.

Parochi ante Festorum Denunciationem, etiam jejuniorum dies, non tantùm præceptorum, sed etiam de consilio, inter quos primum cupimus tenere diem Nonam Mensis Octobris locum, in quâ incidit Sancti Cerbonii, promulgent. Jejuniorum observantiam, in unicâ comestione circa Meridiem, horâ meridiei non rigorosè, sed moraliter, ac juxtà Loci consuetudinem cognitâ, consistere dicant, explicentque, & serotino jentaculo, ubique locorum in praxi recepto, & ex Ecclesiæ indulgentiâ tolerato, uti, parvitate servatâ, valere.

Cadit hic §. Cum verò 7. *Constit. B. Pii PP. V.* Cum primum Apostolatus, *quæ habetur supra in explicatione Casuum Reservatorum.*

Cadit etiam hic §. 2. *Literæ circularis Clem. X. impressa suprà post Cap. de Doctrina Christiana.*

N*OS infrascripti testamur, recursum habitum fuiße ad Sacram Congregationem Concilii Anno* 1687. *pro obtinenda rescissione edictorum Synodalium Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Vasionensis, circa Choreas, ludos alearum, & gestationem Vestis talaris. Cum verò Causa proponenda esset die* 20. *Decembris, mandavit Sanctæ Memoriæ Papa Innoc. XI. ne Sancta Congregatio quidquam sanciret contra Edicta prædicta; ut constat ex schedulâ hic annexâ, cujus exemplum ex authographo extractum est. Id totum constare ex actis à Nobis visis, quæ asservantur*

tur in Registris Sacræ Congregationis Concilii fidem facimus. Romæ 17. *Januarii* 1693.

Summus Pontifex jussit, ut Illustrissimus D. Laurentius Casonus, Suam hâc in causâ Mentem Sacræ Congregationi, per ejusdem Congregationis Secretarium aperiret his verbis.

Summus Pontifex jubet, ut notum faciat dominationi vestræ Illustrissimæ quod Sanctitatis Suæ hæc est intentio, ut scilicèt S. Congregatio nihil contrarium decernat prohibitionibus factis ab Episcopo Vasionensi, circa Choreas, ludos, & vestes breviores, non putans æquum esse, ut Romæ reprobetur id, quod à multis magni Nominis Episcopis in praxim deductum fuit, & à benè multis Conciliis ordinatum die 20. *Decembris Anno* 1687.

Ad hujus Decreti normam etiam nostrâ in Diæcesi, nos pariter prohibemus prædictas violationes Dominicorum, & Festorum dierum, videlicet quascumque, inter diversi Sexus personas, Choreas, aut in publico saltationes; locum verò publicum illum vocamus, ad quem hominum multitudo concurrere potest; atque ideò non solùm Plateæ eo nomine intelligi debent, sed etiam Domorum aulæ, & quæcumque alia loca oculis Multitudinis exposita; insuper publicos etiam ludos alearum, etiam in Tabernis, in Cellis Vinariis, aliasque similes profanas actiones, & inania spectacula, cum in his non honoretur, sed potius Deus offendatur: dies autem Festi Spiritualis commodi, non profanæ voluptatis gratiâ sunt instituti. Hinc crebrò Populi à Parochis, ut Festos dies, qui Dei cul-

cultui dicati sunt, in Divinis Officiis, concionibus audiendis, nec non in orationibus, maximisque, ac continuis Dei ergà nos Beneficiis recolendis Sanctè, ac piè transigant, doceantur; præsertim, ut præter Missam, quæ sine gravissimi peccati culpâ prætermitti non potest: præter Vesperas item, quibus Fidelem quemque, nisi impeditum, maximè convenit, interesse, in Doctrinæ Christianæ rudimentis, omnes tàm Mares, quàm Fæminæ, tàm Viri, quàm pueri, vel perdiscendis, si illa ignorent, vel aliis prædocendis, versentur. Quæso Parochi, si suo velint muneri satisfacere, perpetuò detestari non desistant Saltationes prædictas, & Choreas, unde multa flagitiorum semina sparguntur; moneantque Fideles in comessationibus, aliisque perniciosis operibus in festivitate vacare, esse penitus absurdum, ne eo tempore, quo possunt aquam vitæ, & gratiæ salutaris de Fontibus Salvatoris haurire in comessationibus, & ebrietatibus, in voluptatibus, & impudicitiis vitam ducentes, in interitu eorum à Domino subsannentur. Qui vero ita perditi nihilominus nolverint audire verba salutis, & diebus Deo dicatis Choreas, Saltationes, ludos, aliasque suprà enunciatas Christianis indignas actiones exercuerint, sciant se rigorosissimis pœnis pro Nostro Arbitrio iniungendis, esse indispensabiliter incursuros.

De-

Decretum Generale super Translatione Festi Annunciationis B. M. Virginis.

CUm Sabbato Sancto proximè futuro occurrat Festum Annunciationis B. M. V. dubitatum fuit, an debeant celebrari Missæ privatæ ad effectum, ut Christifideles commodè satisfacere possint præcepto audiendi Missam. Et Sacrorum Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Colloredi, re maturè perpensâ, censuit prædictum Festum Annunciationis, unà cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus, in Ecclesiâ universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, protractis omnibus aliis Festis, quæ non sunt altioris ritus, ad aliam diem, juxtà Rubricas Breviarii Romani. Celebrationem quoque Missarum dictâ die Sabbati omninò prohibendam in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quâcumque consuetudine in contrarium, & unicam Missam Conventualem, unà cum Officio ejusdem Sabbati Sancti, celebrandam fore præcepit, si SS. D. N. placuerit, hac die 11. Februarii 1690.

Et facto de prædictis per me Secretarium verbo cum Sanctissimo, Sanctitas Sua benignè annuit, sensum Sac. Congregationis approbavit, ac præsens Decretum edi, & imprimi mandavit, hac die 12. Februarii 1690.

A. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

Laur. Filischus Secr.

Aliud Decretum super eodem.

Sacrorum Rituum Congregatio, ad tollenda dubia exorta super celebratione Festi SS. Annunciationis B. M. V. in Feriâ VI. in Parasceve, vel in Sabbato Sancto occurrentis, declarando Decretum editum die 11. Februarii prædicti, decrevit Festum Annunciationis in casu proposito, unà cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus, in Ecclesia universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, etiam quocumque alio Festo impeditam, ità ut eadem Feria, prædicto casu eveniente, perpetuis futuris temporibus pro Sede propria, & fixa memorato festo Annunciationis assignata, & stabilita intelligatur, & in illa eo prorsus modo, & formâ præfatum Festum quoad officium, & Missam celebretur, quibus propria die 25. Martii in Kalendario Romano appositum celebraretur, protractis ad aliam diem non impeditam, juxtà Rubricas Breviarii Romani, omnibus aliis festis in eadem Feria occurrentibus, quæ non sint altioris ritus. Ac ità declaravit, & si SS. placuerit, servari præcepit.

Firmo in reliquis remanente prædicto Decreto edito die 11. Februarii, nempè quod in Sabbato Sancto celebrationes Missarum privatarum omninò prohibeantur in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quacumque contraria consuetudine, & unica tantum Missa Conventualis, una cum Officio ejusdem Sabbati Sancti celebretur. Die 11. Martii 1690.

Et factâ de prædictis Sanctissimo per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua annuit, prædictamque de-

declarationem laudavit, & approbavit, ac præsens Decretum imprimi, & evulgari mandavit die 11. Martii 1690.

A. Episcop. Ostien. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli

Laur. Filischus Secr.

Aliud Decretum super eâdem Festivitate occurrente in majori Hebdommadâ.

ETsi, secundum Regulas Breviarii Romani, cum plura Festa æqualia in ritu transferenda sunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus; attamen, quia anno 1690. ab hâc Sacrorum Rituum Congregatione, approbante, & mandante fel. rec. Alexandro Papa VIII. specialis prærogativa concessa fuit Translationi Festi Annunciationis B. Mariæ V. Matris Dei, incidentis in Feriam sextam Parasceve, vel Sabbatum Sanctum; idcircò eadem Sac. Rit. Congr. istiusmodi novis Decretis inhærens, ob specialem reverentiam Dominicæ Incarnationis, speciali hoc privilegio decorandum censuit idem Festum Annunciationis; nimirum, ut quotiescumque posthàc contigerit Festum prædictum etiam quoad solum officium, post octavas Paschæ transferri, in eodem ceteris semper Festis æqualis ritus præponatur, licèt temporis ordine illis sit in Kalendario posterius. Et ità servari mandavit die 14. Junii 1692.

A. Episcop. Ostien. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli

I. Vallemanus Sac. Rit. Cong. Sec.

Decretum Generale de Festivitate S. Joseph occurrente in Feriâ V. Majoris Hæbdomadæ.

CUM anno proximè venturo occurrat Festum S. Josephi in Feriâ V. Majoris Hebdomadæ, exortum fuit dubium, attentâ universali consuetudine Ecclesiæ celebrandi eo die unam tantùm Missam, an, unà cum officio ipsius S. Josephi, transferri debeat anno prædicto etiam obligatio audiendi Missam, ac vacandi ab operibus servilibus; Dubioque hujusmodi in Sacrorum Rituum Congregatione proposito, eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Albani re maturè discussâ, censuit officium transferendum esse ad aliam diem, juxtà Rubricas Breviarii Romani, & Decreta ipsius Congregationis: cæterum præceptum audiendi Missam, & vacandi ab operibus prædictis non esse transferendum, sed servandum esse in prædictâ Feriâ V. Majoris Hebdomadæ; adeoque per Ordinarios Locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ quidem Missæ privatæ, ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis, celebrandæ pro præcepti adimplemento non desint, sed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Missâ solemni ejus diei, quo Ecclesia SS. Eucharistiæ Sacramenti institutionem, & memoriam recolit summâ Religione hactenus detentus, nullatenus omittatur, & ità declaravit, ac decretum hujusmodi publicari, & imprimi mandavit. Die 13. Sept. 1692.

A. Episcop. Ostien. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

J. Vallemanus Sac. Rit. Congr. Secr.

De-

Decretum ſuper electione Sanctorum in Patronos à Sac. Rit. Congr. de mandato S. D. N. Urbani VIII. emanatum die 23. Martii 1630.

S*Acra Rit. Congregatio, annuente Sanctiſs. D. N. in electione Patronorum mandavit infraſcripta in poſterum ſervari debere, declarans, quod aliter facta electio nulla ſit ipſo jure.*

Primò, quod eligi poſſint in Patronos ii ſolùm, qui ab Eccleſiâ univerſali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificatorum dumtaxàt.

Secundò, quod de Patrono Civitatis electio fieri debeat per ſecreta ſuffragia à Populo, mediante conſilio generali illius Civitatis, vel Loci, non autem ab Officialibus ſolùm, & quod accedere debeat conſenſus Epiſcopi, & Cleri illius Loci.

Idemque ſervari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffragia à Populo ſingularum Civitatum Provinciæ.

Et quod Repræſentantibus Regnum, Civitatem, vel Provinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi ad hoc habeant ſpeciale mandatum, & ulterius interveniat conſenſus Epiſcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

Et tertiò, quod cauſa electionis novorum Patronorum debeant in S. Congregatione deduci, & ab eâ examinari, ac demùm causâ cognitâ ab eâdem Congregatione approbari, & confirmari.

Et ne præmiſſorum ignorantia ullo unquam tempore poſſit allegari, ead. Sac. Rit. Congregatio ſupradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.

De-

Decretum SS. D. N. D. Clementis XI. de obſervando Feſto SS. Conceptionis B. M. V. tamquam de præcepto.

Commiſſi Nobis Divinitus Sacroſancti Apoſtolatus officii exigit ratio, ut Glorioſiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, cujus conceptio gaudium annuntiavit univerſo Mundo, venerationem, & cultum plurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum more ampliare ſtudentes in terris, illius, quæ ſuper Choros Angelorum exaltata pro populo Chriſtiano, ſedula exoratrix apud Deum, quem genuit, aſſiduè intercedit in Cœlis, potentiſſimam opem in tot, tantiſque, quibus premimur, Chriſtianæ Reipublicæ, & Catholicæ Eccleſiæ neceſſitatibus, quantùm Nobis ex alto conceditur, promereri jugiter ſatagamus. Sincerâ itàque Noſtrâ ergà eamdem Auguſtiſſimam Cœli Reginam, Patronam, & Advocatam Noſtram devotione incitati, Feſtum Conceptionis ipſius B. Mariæ Virginis Immaculatæ ubique terrarum inpoſterum ab omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ſicut alia Feſta de præcepto, ſervari, & celebrari, ac ſub præcepto obſervationis Feſtorum comprehendi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, præcipimus, & mandamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cetèriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeù exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibea-

beatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 6. Decembris 1708. *Pontificatus Nostri Anno* 8.

F. Oliverius.

Per l' osservanza della Quaresima.

Gasparo per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina della S. R. C. Cardinal di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

A*Cciò il tempo Quaresimale consagrato a' digiuni, e ad altre opere di penitenza, e perciò detto da S. Chiesa* tempus acceptabile, dies salutis, *sia in quell' osservanza, che si deve, e si rimovano le occasioni, che possono indurre qualche scandalo, o rilasciamento a quello, che appartiene al precetto del digiuno, o all' astinenza de' Cibi proibiti: La Santità di Nostro Signore inerendo alla disposizione del Sagro Concilio di Trento nel Decreto* de delectu ciborum, & jejuniis, *ed agl' Editti altre volte emanati per l' osservanza della Quaresima, ci hà incaricato coll' oracolo della sua viva voce di publicare il presente Editto, e di ordinare la piena esecuzione delle cose infrascritte.*

1. *Che nessuna persona durante detto tempo venda, o tagli (come si suol dire) carni in qualsivoglia Luogo della Città di Roma, eccetto, che nè Macelli depatati per l' infermi, e valetudinarii, ò malsani. Lè qua-*

quali Carni debbino esser solo di quelle chiamate salubri, cioè di Castrato, Vitella, e Capretti; nè le tenghino fuori di detti Macelli, ma dentro, in modo, che non apparischino, ne si vedano in pubblico.

2. *Quelli, che comprano le dette Carni per gl' infermi, o malsani, come sopra debbino, per evitare ogni scandalo portarle coperte in modo, che non siano viste.*

3. *Che non si tengano da qualsisia persona pubblicamente a vendere, o si portino vendendo per la Città le dette, ò altre Carni, anche di Cacciagioni, o salvaticina, molto meno Porcina, nè ova, formaggio, o altra sorta di Latticini, e cibi proibiti in detto tempo.*

4. *Li Pollaroli, ed altri, che sogliono vender carni salvaticine, e uccellame, tenghino nelle botteghe (però in modo, che non si vedano in pubblico) solo quelle, che secondo la testimoniale del Signore Protomedico possino annoverarsi trà le Carni salubri, e non altre.*

5. *Che nessuna persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione possa comprare, o far comprare, ovvero cibarsi d' alcuna sorte di carne, o di altri cibi proibiti, senza la licenza, secondo la forma da Noi prescritta, che gli sarà insinuata da' RR. Parochi. Qual licenza prima si dovrà scrivere di propria mano dal Medico ordinario, e come tale si sottoscriverà in lingua volgare, il tutto* gratis: *dopò doverà essere sottoscritta dal proprio Parocho delli detti Infermi, o malsani, e per ultimo si porterà a sottoscrivere da alcuno degl'infrascritti RR. PP. Nostri Deputati solamente, e non da altri in nome loro, alli quali incarichiamo di considerare, ed osservare dette licenze, e quando*

do non sono concepite secondo la solita forma, non le doveranno sottoscrivere.

6. *Avvertendo ciaschedun Medico, e Parocho, che se sottoscrivano le dette licenze senza legitima causa, ovvero se l'esibiscano, e presentano ad alcuno senza considerare, se abbia cause sufficienti, oltre il partecipare, che faranno de' peccati d'altri, nel che resterà molto aggravata la loro coscienza, saranno da Noi puniti ad arbitrio nostro, anche con pene corporali, come si è strettamente incaricato il Signor Protomedico.*

7. *Avvertano di più tanto i Medici, quanto quelli, che domandano le medesime licenze d'attendere alla qualità delle carni, cioè che siano salubri, perche solo queste sono permesse nella Quaresima a chi per giusta causa non può cibarsi de' cibi Quaresimali; e se al bisogno si può supplire con ova, e latticinj, non devono quelli permettere loro, ne questi respettivamente cibarsi delle Carni anche salubri, ma contentarsi dell'ova, e latticinj, e osservare il digiuno, alle cui leggi siano tenuti anche quelli, che si cibano di carni salubri col motivo d'essere loro nocivo il vitto Quaresimale. Inoltre se per tutto l'anno si astengano dalla carne nel Venerdì, Sabbato, Quattro tempora, e Vigilie di precetto, molto più devono osservare tale astinenza ne' suddetti giorni in Quaresima, non ostante la licenza, che otterranno; eccetto, quando vi fosse nuova causa, che richiedesse altrimente: e non potendosi in questo particolare dar certa regola, deve ognuno prima considerare il suo bisogno, e le sue indisposizioni, che non siano affettate, perchè ne doveranno render conto strettissimo nel Tribunale di Dio, dove non potranno scu-*

sarsi colla licenza estorta con cause supposte, o finte; onde riflettano bene, che non inganneranno il Medico, ò il Parocho, ma se medesimi, e l'anime loro quelli che espongono indisposizioni non vere, ma figurate per ottenere la detta licenza.

8. *Che gl'Osti, Tabernari, Albergatori Bettolieri, o qualunque altro di quasivoglia stato, grado, ò condizione, non permettino, o tollerino, che nelle loro Ostarie, Taverne, Alberghi, Bettole, e Case, si abbia a cuocere, o mangiare alcuna sorte di cibi proibiti, così nel detto tempo di Quaresima, come negl'altri giorni, in cui vengano parimente proibiti dalla Santa Romana Chiesa, eccetto, che per gl'Infermi, o malsani, che averanno licenza, come sopra: sotto pena, a chi trasgredirà in ciascheduno de' casi compresi in questo Nostro Editto di scudi 25., e di trè tratti di corda, e d'altre pene a nostro Arbitrio secondo la qualità delle persone.*

9. *Ordiniamo, che in tutto il tempo Quaresimale, nessuno di qualsivoglia stato, grado, e condizione, faccia, ò assista a quelle Conversazioni, o altre adunanze, dove si faccino suoni, e balli, e che nè meno di notte si vada per Roma, sonando, o cantando, ovvero facendo serenate in luogo fermo, sotto le pene suddette.*

10. *Esortiamo per fine tutt'i Fedeli, non solo all'osservanza del digiuno Quaresimale, consagrato da Christo Signore Nostro col suo esempio, ma ad attendere con devozione a gl'Esercizj Spirituali, che il medesimo tempo ricerca, non meno per placare l'ira di Dio, che per prepararsi a celebrare degnamente la S. Pasqua.*

Da-

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 15. Feb. 1704.

G. Card. Vicario.

Nicolò Antonio Cuggiò Segr.

CAP. XXI.

De Testamentis, & Legatis Piis.

CUm ob hæredum avaritiam, & Notariorum, vel negligentiam, vel impietatem, occultæ plerumque lateant, & quasi cum Testatoris Cadavere tumulatæ piæ Defunctorum voluntates sæpè sæpius remaneant, ut omnes idcircò Notarii, & quicumque alii decedentium Vota excribentes, omnibus de hæreditatibus, substitutionibus, Legatis, & Donationibus ad pias causas, sive inter Vivos, sive per ultimam voluntatem relictis, decem intra dies ab illa obitus Testatoris, vel celebrati Contractus notitiam Nobis, vel Vicario Nostro Generali, & iis insuper, ad quos pertinet, transmittant, præcipimus accuratè, sub excommunicationis Nobis reservatæ, ipso facto incurrendæ pœnâ, & decem aureorum delatori publico, vel secreto pro unâ medietate, pro alterâ verò piis locis applicandorum; quam pœnam incurrere Notarios, sive Parochos, aliosque quoscumque Notarii vicem supplentes, declaramus: & hæc quidem quoad Legata inposterum facienda. Præteritorum verò respectu, ne piæ ulterius Defunctorum dispositiones sine debitâ executione remaneant,

 No-

Notariis, omnibusque aliis, ut supra Notarii vicem supplentibus, strictè sub iisdem pœnis injungimus, & ut duos infrà menses ab hujus Decreti pubblicatione, ad Nostram, vel Vicarii nostri Generalis deferant notitiam omnes, & quascumque ultimas pias dispositiones, quas in præteritum non denunciaverunt, vel quas credunt, aut sciunt, vel hæredum ex culpâ, vel Executorum, sive ex adjectæ naturâ conditionis, nondum fuisse etiam plenè adimpletas, præcipimus. Quod totum vernaculâ mandamus linguâ Decretum quotannis in die Epiphaniæ à Parochis, post hujus nostræ Synodi publicationem, sub pœnâ suspensionis, populo notificari. Insuper Confessariorum, ac Concionatorum zelum imploramus, ut in sacris generaliter concionibus, specificè in Pœnitentiæ Sacramenti administratione, omnes illos suprà recensitos, de onere denunciandi, ut suprà, de Excomunicatione Nobis reservatâ, aliisque pœnis contrà Transgressores inflictis admoneant.

Si Piorum pro executione Legatorum Testator tempus non decreverit, terminum, juxtà Sacrorum Canonum dispositionem, unius Anni, hæredibus, & executoribus fuisse volumus assignatum; quo elapso, Nos ad executionem nostro ex officio procedemus. Et quia Episcopus indistinctè, omnium piorum dispositionum est executor; idcircò, ut debitæ in futurum executioni demandentur, quoscumque Testamentarios executores, ullo modo se ingerere posse in Inventarii confectione, & in piis exequendis Legatis, nisi prius Nos certiores,

&

& in noſtrâ abſentiâ Vicarium noſtrum Generalem reddiderint, ad hoc, ut ſi expedire videbitur, aliquem, qui præfatæ Inventarii confectioni adſit, deputare poſſimus, & dictorum executioni Legatorum incumbere, decernimus, & declaramus; ſi aliter ſe ingerere, ſint laqueo ipſo facto irretiti excommunicationis, præſumpſerint.

Omnes cujuſcumque generis ſint hæredes, unius menſis in termino ſuorum Parochorum in manibus, tenuem pro hâc Epiſcopali Menſâ Legati ſummam in quolibet Teſtamento pro ipſius validitate ſtabilitam, ſolvere teneantur; qui autem non paruerint, majori pœnæ ſubjaceant; & nunc pro tunc nullum Teſtamentum, aut alio nomine à Tabellionibus nuncupatum, declaramus; quod non ſolum de faciendis, verum etiam multis ab hinc annis celebratis, volumus intelligi, ut tutâ omnes, bona, Conſcientiâ ſibi relicta poſſideant; quod non profectò contingeret, ſi Teſtamenta, vigore quorum poſſeſſione fruuntur, eſſent nulla, & infirma ex ſolutionis defectu, & ſupradicti legati adimplementi. Quod ut Decretum executioni mandetur, omnibus ipſius publicationem, & in prædictam taxulam exigendo attentionem, quam pariter infrà Menſem Depoſitario debent Generali tribuere numeratam, Parochis diſtrictè præcipimus.

Omnes hujus Diœceſis Apoſtolici Notarii meminerint, cuncta, ut per ipſos Inſtrumenta confecta, in ſuis ſint deſcripta fideliter Protocollis, ad hoc, ut ipſius mortis tempore ad Noſtram Epiſcopalem Cancellariam valeant transferri, & ad

uti-

utilitatem, & comune bonum conservari; aliàs ultrà peccatum, quod sane committunt ratione periurii ipso facto quoties toties, ab eorum suspensi officio remaneant.

Parochi, aliique Clerici, qui fuerint in Notariorum defectu de quâcumque ultimâ voluntate rogati ad Nostram Episcopalem Curiam duos infrà Menses, sub decem aureorum Locis Piis applicandorum pœna, originale debeant, ac transferre teneantur.

Ne autem Hæredibus, aut Testamentariis Executoribus, aut aliis quibuscumque in piis exequendis dispositionibus molestiæ quidquam inferatur, prospicientes Alexandri Papæ VII., in hujus calce Capituli, Constitutionem, imprimi mandamus; cujus vigore privilegiis, & facultatibus Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe parumper moderatis, Legata Pauperibus in genere ubicumque locorum relicta, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque relinquenda, non amplius sub incertorum Legatorum nomine in Beneficium dictæ Fabricæ convertuntur, neque sub ejus facultatibus continentur; sed perinde ac cetera certa pia Legata in commodum, & beneficium Pauperum plene, & integrè cadunt distribuenda, quomodo, & per quos disponens ipse præfinierit.

Con-

Constitutio Moderatoria Facultatum Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe circa Legata Pauperibus in genere facta. Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

SUperni dispositione Consilii vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam Fidelibus suis precipiens, quod uni ex illis fieret, sibi factum asseruit, in his Pastoralis Officii nostri partes affectu paterno libenter interponimus, per quæ eorumdem pauperum, & præsertim per vicos, & plateas mendicantium, necessitatibus opportunè consuli arbitramur. Cum itaque retroactis temporibus fel. rec. Julius II. Leo. X. Clemens VII. Paulus III. & alii forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri, ut in honorem Principis Apostolorum Basilica, Opere supra ceteras magnifico, & eleganti, in hâc Almâ Urbe Nostrâ construeretur, perpendentes suas, & Apostolicæ Sedis facultates ad id minimè suffecturas, Fabricæ dictæ Basilicæ, seù ejus Collegio, inter alias plures gratias, facultates, & privilegia, applicuerint Legata pauperibus in genere, sine speciali determinatione, & propriis nominibus personarum non expressis, relicta; cumque hujus applicationis ratione pauperes, & potissimùm mendicantes, legatis sibi relictis privati remaneant, multique pii Fideles retrahi, vel saltem tepidiores reddi possint ad relinquendum Legata pia, quæ aliàs in eorumdem pauperum commodum relicturi essent, dubitantes irritas, & inanes evasuras similes eorum dispositiones, & in prædictæ Fabricæ utilitatem ob Privilegia præfata cessuras: Nos licet ad absolutam Fabricæ dictæ Basilicæ

licæ terminationem, illiusque ornatum a die Nostra ad Summum Apostolatum assumptionis mentem direxerimus, considerantes nihilominus ejus admirabilem structuram ad optatum ferè finem esse perductam, ac proinde longè minorem pecuniarum quantitatem nunc pro ejus perfectione, & conservatione, quam de tempore concesserint Antedicti, & aliorum ejus privilegiorum esse necessariam, æquum, & rationi consentaneum esse censemus, ut sublato privilegii hujusmodi impedimento, Christi pauperes in posterùm legata sibi relicta, & pro tempore relinquenda plenè, & liberè capiant, & consequantur. Motu itaque proprio, ac ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione Nostra, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, hâc nostrâ perpetuò valitura constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus Legata pauperibus in genere ubicumque locorum relicta, & pro tempore relinquenda quandocumque, & quomodocumque, non amplius sub incertorum legatorum nomine in beneficium dictæ Fabricæ, juxtà prædicta ejus privilegia converti, neque sub ejus facultatibus comprehendi, sed illa omnia, veluti alia certa pia Legata, in commodum, & beneficium pauperum, qui sub tali nomine, secundum juris interpretationem, comprehenduntur, plenè, & integrè, juxtà pias Legantium dispositiones, cedere, ac iisdem pauperibus ab hæredibus, aliisque obligatis, seù à Testamentariis Executoribus, vel aliis, quibus Legatorum prædictorum solutio, seù executio commissa fuit, & erit pro tempore, eadem legata, sive in pecunia, sive in frumento, pane, vino, aliisque ad humanum usum necessariis consistant, modis, temporibus, ac die-

diebus à Testatoribus, seù Legantibus præscriptis, solvi, & consignari debere. Qui, si ob moram, & negligentiam hæredum, aut executorum, seù aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum, quibus pauperum nominatio, & electio, seù aliàs Legatorum executio commissa fuerit, eorumdem Legatorum solutionem, seù consignationem ultrà debitum tempus differri, vel impediri contingat, volumus, & mandamus, ut Locorum Ordinarii, & illis deficientibus, Commissarii, & Ministri prædictæ Fabricæ in casibus, in quibus aliàs præmissorum executio de jure, & secundum facultates ejusdem Fabricæ ad eos devolvitur, voluntatem Testatorum, & relinquentium Legata hujusmodi ad commodum, & beneficium eorumdem pauperum dumtaxat, proùt servatur in aliis Legatis certis, exequantur. Porrò, quoad legata, propriis operibus in genere, etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, seù declarationem certorum executorum, seù aliorum specificandis, & declarandis relicta, nullum præsenti nostra Constitutione eidem Fabricæ præjudicium inferre, nihilque super iis de novo statuere intendimus, quinimò omnia, & singula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices Prædecessores Nostros hactenus in præmissis concessa præservamus, in casibus tamen, in quibus Executores, seù alii præfati, quibus competit facultas, [quam per hujusmodi privilegia Fabricæ nullatenus impediri volumus] illam exercere, & ad nominationem, electionem, seù declarationem evenire nolint, vel nulla facta declaratione decesserint. Hanc verò Constitutionem, tàm in Casibus futuris, & deinceps contingentibus, quàm in præsen-

 ti-

tibus, & præteritis, præterquam in iis legatis, & relictis, quæ hactenus à præfata Fabrica, seù ejus Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuerunt, etiamsi super illis in quacumque instantia lis pendeat indecisa servari, & locum habere volumus, & declaramus. Ceteris autem ejusdem Fabricæ, seù illius Collegii privilegiis, gratiis, & facultatibus in iis, quæ præsentibus non adversantur, nullum, ne minimum quidem præjudicium per præsentes illatum, aut illis derogatum esse, seù intelligi, dici, vel censerì posse, sed illas, & illa in suo robore, & firmitate remanere debere decernimus itidem, & declaramus. Decernentes etiam præsentes Literas, & in illis contenta nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod OEconomus, & alii Officiales præfatæ Fabricæ, ceterique in præmissis interesse habentes, seù habere quomodolibet prætendentes ad ea vocati, vel auditi, causæque, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, vel sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seù nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quovis alio, quantumvis substantiali defectu, notati, vel ex quocumque alio capite, etiam in corpore juris clauso impugnari, rescindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam vocari, seù adversus illas operitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seù etiam motu simili concesso, quempiam judicio, vel extrà illud uti posse, sed easdem præsentes, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & ob-

obtinere, neque sub similium, vel dissimilium Constitutionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri, sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ac etiam quoslibet S. R. E. & Collegii Fabricæ præfatæ Cardinales, nec non causarum Palatii Apostolici Auditores, & quosvis alios, quâcumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Collegii præfati, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis aliâ firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, gratiis, facultatibus, & Literis Apostolicis per prædictos, & quosvis alios Romanos Pontifices etiam Prædecessores Nostros, in favorem ejusdem Fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac etiam motu proprio, & ex certâ scientia, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irritantibus, in genere, vel in specie, & alias quomodolibet emanatis,

 tis,

tis, concessis, ac etiam pluries approbatis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù alia quavis expressio facienda, aut quavis alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda esset illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice ad effectum præmissorum dumtaxàt specialiter, & expressè, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici suscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1655. Pontificatus Nostri Anno primo.

G. Gualterius.

Formula Testamenti pro Parochis in absentiâ Notariorum.

IN *Nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Die Mensis*
Dom., seù Honestus Vir N. N. *habitator* Terræ
seù

ſeù Oppidi, aut Communis N. corpore ægrotus, animo verò, menteque ſanus, ne inteſtatus ab hâc vitâ migraret, in defectu publici Notarii, me infraſcriptum ſuum Parochum obnixè rogavit, ut Teſtamentum, & ultimæ ſuæ voluntatis manifeſtationem ſcribere vellem, quod & feci, ut infrà, vernaculâ tamen linguâ, &c.

Primieramente raccomandò l'anima ſua all' Onnipotente Iddio, alla B. Vergine, e a tutta la Curia Celeſte, e volle, che il ſuo corpo, quando l'anima ne ſarà ſeparata, ſia ſepolto ec. Quì s'eſprima la Chieſa, di qual luogo, e con che accompagnamento, Meſſe, e cera.

Item per ragione di Legato laſciò alla tal Chieſa, ec. Quì ſi ſeguiti a ſcrivere quello, che il Teſtatore vorrà con chiarezza, e diſtinzione.

Dopo avere ſcritte tutte le volontà dell'Infermo nel modo, e forma, che averà egli dettato ſoggiungerà.

E queſta diſſe eſſere la ſua ultima volontà, che volſe dovere aver vigore, ſe non per ragione di Teſtamento, almeno per ragione di Codicillo, o di Donazione inter vivos, e in ogni miglior modo, e forma, colla quale valer poſſono l'ultime volontà de' Defonti.

Tanto ho ſcritto dentro la Caſa alla preſenza degl' infraſcritti Teſtimonj ſpecialmente chiamati. In fede di che io N. N. Parroco della Chieſa di ho ſcritto di mia propria mano, e affermo eſſer tutto vero.

Quì avvertaſi, che almeno due Teſtimonj ſi ſot-

toscrivino, se sapranno scrivere, e asserischino di essere stati presenti, e avere sentito tutto, e se non sapranno scrivere, procuri, che almeno ognun di loro faccia colla penna una ✠ e il Parocho dirimpetto a ciascuna ✠ scriva: ✠ Croce di N. N. Testimonio.

Subito poi, che vi sarà comodità di Notaro pubblico, deponga il Parocho in primo luogo di avere tutto ciò scritto, e ne riconosca la mano, e depongbino parimente i Testimonj di aver sentito quelle cose dall' Infermo, e viste scrivere dal Parocho, e ciascuno di essi riconosca, o la sua sottoscrizione, o la sua Croce, e di ciò se ne farà rogito, per maggior validità dell' atto.

CAP. XXII.

De Regularibus.

REgulares, qui profectò decus existunt Ecclesiæ, & ornamentum, ac Episcoporum, in Ecclesiâ positi adjutorium, ut in Dominico Grege pascendo Nobis commisso, & verbo, & exemplo, non potestate, sed affectione nobiscum laborare non desinentes, mercedem a Domino amplissimam accipiant, quamvis ab Ordinarii jurisdictione sint exempti, & proinde Constitutiones Synodales eosdem afficere non videantur, attamen cum sacris à Canonibus, Summorum Constitutionibus Pontificum, & Sacrosancti Tridentini Concilii Decretis, jure speciali in aliquibus fuerit delegata jurisdictio Episcopis; idcircò jure, meritoque de ipsis etiam

etiam in hac Synodo est pertractandum, ut privilegiis in primis omnibus sciant, quibus sunt à S. Sede condecorati, ut jugiter fruantur, nullatenus erimus impedimento, imò & eosdem alacriter in possessione suorum Privilegiorum, quantum in Nobis erit conservabimus, dummodò iisdem intrà limites Declarationum ab eadem Sede emanatarum utantur.

Quamplura sparsim in hac Synodo, sunt ad Regulares pertinentia sancita; quapropter, ut in unum colligantur, opus est hic breviter repetere. Ipsis itaque esse prohibitum sciant ad Sacrum Pueros lavare Fontem, Sæcularium Confessiones, vel Animarum curam, non nisi de nostrâ licentiâ, & proprio prævio examine, etiam in propriis Ecclesiis assumant: Ad Curam verò Animarum destinati, Nobis immediatè in iis, quæ ad curam pertinent subjecti erunt, & ideò accuratè servent residentiæ leges, neque alium in Officium, Nobis inconsultis, juxtà Sac. Congregationis Decretum, hic infra apponendum, substituant. A casibus verò Nobis reservatis non absolvant privilegiorum virtute, sub excommunicationis pœnâ ipso facto incurrenda, aliisque Nobis arbitrariis. Prædicationem propriis etiam in Ecclesiis Verbi Dei, nostrâ sine Benedictione habere non audeant, & ipso facto incidant in excomunicationem contumaces. Sacram publicè à Fidelibus adorandam Eucharistiam exponere, Indulgentias publicare, Imagines insolitas, & Reliquias in Altari collocare venerandas, nisi prius petitâ, atque à Nobis obtentâ licen-

centiâ non audeant. Absque pariter Nostrâ Regulares licentiâ Confessarii, quamvis à Nobis metipsis approbati, in sæcularium domibus Confessiones, quorumcumque Privilegiorum virtute non excipiant, casibus à jure permissis exceptis. Infirmorum verò Confessionibus auditis, se vel scripto, vel verbo ad Parochum certiorandum teneri meminerint, ad hoc cetera, ut Sacramenta debito eis tempore valeat administrare. Sacristas quoque volumus monitos Regulares, ne exteros Sacerdotes, & ad Missæ Sacrificium ignotos propriis in Ecclesiis, absque Nostrâ in scriptis licentiâ, sub pœnis suo loco inflictis, peragendum admittant. Quoad funera, & Processiones sciant Regulares Nobis omnimodè, virtute *Trid. sess. 25. de Regularib. cap. 13.* subjectos esse, itaut ad eas etiam extraordinarias invitati, minimè possint renuere, & in eis Capitulum nostrum associare, usque ad locum, unde discessit, teneantur. Controversiæ omnes de præcedentiis, tùm in Processionibus publicis, tùm in iis, quæ fiunt in tumulandis Defunctorum cadaveribus, & similibus, semper coram Nobis, omni appellatione remotâ, & non obstantibus quibuscumque sunt componendæ [juxtà Concilium Trid. ubi supra] Censuræ verò, & interdicta non solum à S. Sede Apostolicâ emanata, sed à Nobis etiam promulgata, & ad mandatum nostrum propriis in Ecclesiis promulganda, servare non renuant; sicuti, & Festos dies in nostrâ à Nobis Diœcesi præceptos, & præcipiendos observare omninò teneantur. Ad Monialium verò Monasteria propius acce-

ce-

cedere ex Summorum Pontificum Decretis, Regularibus omninò, etiam Consanguinitatis, vel causà Prædicationis prohibetur; pro quâ re Pontificum Decreta, & Congregationis volumus hìc apponi; nec in Ecclesiis Missam Monialium, nisi nostrâ de licentiâ, sub pœnis in laudatis Decretis inflictis, audeant celebrare.

Tandem, quod quamvis Nostrâ à Jurisdictione sint exempti, meminerint, si deliquerint extrà Claustra, contra eos nos esse processuros, ultrà pœnas à Jure statutas, juxtà ordinem à Sac. Concil. Trid. præscriptum, nec non methodum à Clemente VIII. exaratam, quam Constitutionem servabimus, & si opus erit, cuncta, quæ in hâc Ordinariis materiâ præcipiuntur, executioni mandabimus. Caveant ergo ne extrà Claustra degant sine Superioris permissu, & multo magis à delictis, necnon ab habitus depositione, quocumque se abstineant prætextu, cum profectò tales à Nobis, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, plectentur. Regulares enim intrà Claustra degentes, extrà eadem se Regularis disciplinæ observantes præseferre, Regulari modestiâ Proximum edificando, omnibus exempla virtutum præbere summoperè decet.

Cumque Innocentius X. Constitutionem super extinctione, & suppressione parvorum Conventuum, eorumque reductionem ad statum sæcularem, & deinde Decretum super subjectione nonnullorum Conventuum jurisdictioni Ordinarii Loci, tamquam Sedis Apostolicæ delegati ediderit;

& posteà à Sac. Congregatione super statum Regularium declarationes circà præfatum Decretum emanaverint, ut iisdem Regularibus omninò innotescat, in quibus ex dictis Constitutionibus, Decreto, & declarationibus Jurisdictioni Nostræ sint subjecti, hìc rescribi mandamus.

Gregorii XV. Const. XVIII. De exemptorum privilegiis, & subiectione. Gregorius Episcopus &c.

Inscrutabili &c.

§. 1. *SAnè Tridentina Synodi Decretis providè cautum est nullum Presbyterum, etiam Regularem, posse Confessiones Sacularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.*

§. 2. *Nec non ut in Monasteriis, seù Domibus Virorum, seù Mulierum, quibus imminet animarum cura personarum Sacularium, prater eas, qua sunt de illorum Monasteriorum, seù locorum familia persona, tàm Saculares, quàm Regulares ejusmodi Curam exercentes, subsint immediatè in his, qua ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, Visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diacesi sunt sita. Itemque, ut Episcopi universi sub obtestatione Divini Judicii, & interminatione maledictionis aterna in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinariá, in aliis verò Sedis Apostolica autoritate, Clau-*

su-

furam Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quâcumque apellatione postpositâ, compescentes.

§. 3. *Atque ut Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint, sine Episcopi licentiâ: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, prædicare præsumant.*

§. 4. *Verùm quia experientiâ compertum est Ecclesiastici regiminis rationem postulare, ut Decretis ejusmodi, aliquid adiungatur; maturâ deliberatione Nostrâ, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine, ac generali, ac perpetuo valiturâ constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tàm Regulares, quàm Sæculares, quomodolibet exempti, sive Animarum curam personarum Sæcularium Monasteriis, seù Domibus Regularibus, sive Sæcularibus incumbentem exerceant; sive aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævià Episcopi licentia, & approbatione; sive quoquomodo in dictæ curę exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione, de facto absque ulla auctoritate se ingerant in his, quæ ejusmodi curam, seù administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, plenè in omnibus subiiciantur. Ad hæc, tàm Regulares, quàm Sæcu-*

culares hujusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intrà septa degentes, aut circa Clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo Loci similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant.

§. 5. *Confessores verò, sive Sæculares, quomodocumque exempti, tàm Ordinarii, quàm Extraordinarii, ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum audiendas, nullatènus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad eadem Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus subjectarum, pertinentia, sive Regulares extiterint, sive Sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratìs tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo ex rationabili causâ Superiores regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant; iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat facultatem Episcopus prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus, unà cum Superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum, quocum-*

que

que nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse; ac præsidere; absque ullâ tamen ipsorum Monasteriorum impensâ.

§. 6. *Ac demùm habeat Episcopus, tamquam dictæ Sedis Delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos, tàm Sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentiâ; & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petitâ illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Itaut Episcopi in suprascriptis casibus, in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extrà visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, uti ejusdem Sedis Delegati procedere, omnemque jurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant.*

§. 7. [Et sequitur clausula præservativa, unà cum aliis derogatoriis]

Datum Romæ apud S. Petrum 9. Februarii 1622. Pontificatus Anno 2. Bullar. tom. 3. pag. 402.

Positâ Constitutione fel. rec. Gregorii XV. de Exemptorum Privilegiis, &c.

Dubitatur.

1. *AN liceat Episcopis visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura Animarum personarum sæcularium non incumbit; aut Loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur SS. Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur Confessiones personarum sæcularium.*

An

2. *An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut tantùm in locis certis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis.*

3. *An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos, tàm Sæculares, quàm Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diœcesis.*

4. *An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac jurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus.*

5. *An per eamdem Constitutionem in illis verbis:* possit Episcopus unà cum Superioribus regularibus quarumcumque Abbatissarum &c., electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere: *jus Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur.*

6. *An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari.*

7. *An Superiores regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seù deputati, aliâ indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus Sanctimonialium sibi subjectarum audiendis.*

8. *An Confessiones, quas audiunt Superiores regulares, electi, seù deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nulla, atque irritæ, nec nè.*

9. *An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas,*

das, censeantur etiam approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum.

10. *An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatus, Confessiones Monialium alterius Monasterii audire possit.*

11. *An Confessores regulares extraordinarii semèl ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confessiones, pro unâ vice infrà annum ad præscriptum S. Concil. Triden. possint virtute dictæ approbationis pluries tamquam Confessores extraordinarii, earumdem Confessiones audire, absque novâ Epiccopi licentiâ.*

12. *Cum in eâdem Constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causâ Superiores regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium, atque administratores bonorum, ad earumdem Monialium Monasteria pertinentium: iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit: an ejusmodi causam Episcopus Superioribus regularibus significare teneatur.*

13. *An eadem Constitutio, quá parte supponit Episcopi jurisdictioni Regulares delinquentes circà personas degentes intrà septa Monasteriorum Monialium, aut circà Clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò solùm in notoriis, & cum scandalo populi.*

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. Interpretum censuit Constit. San. Mem. Greg. XV. de exem-

exemptorum privilegiis nequaquam subiicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum Sacramentis personis sæcularibus administrandis iidem Regulares delinquunt: ac propterea

Ad 1. *dubium respondit: Episcopis non licere in vim ejusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur S. Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum sæcularium audiuntur.*

Ad 2. *Hâc in parte Constitutionem nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse; ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliunde Episcopis ejusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eâdem Constitutione sublatam.*

Ad 3. *Censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diæcesis.*

Ad 4. *Non competere.*

Ad 5. *Jus confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.*

Ad 6. *Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diæcesano idonei judicentur, & approbentur. Ordinarios verò Con-*

Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio, ab eorum deputatione incboando, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quòd si contingat, ut illorum facultas à Sede Apostolicâ ultrà triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad 7. Superiores Regulares electos, seù Deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confessiones Monialium sibi subiectarum, posse durante eorum officio pergere sine aliâ Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis illarum tantum, quæ sponte, ac proprio motu, id ab eis petierint. At verò eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum Officiis, seù dignitatibus expleto jam tempore à Constitutionibus cujuscumque ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam, posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius à Diœcesano Episcopo idonei judicati, & approbati fuerint.

Ad 8. Confessiones hujusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad 9. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum Sæcularium audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad 10. Regularem ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii.

Ad 11. *Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum Confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties Casus deputationis contigerit.*

Ad 12. *Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentia Episcoporum, quorum Conscientiam Sac. Congregatio seriò oneravit, ne facultate sibi hâc in parte attributâ quoquomodo abutantur, ejus rei in districto Dei judicio rationem reddituri.*

Ad 13. *Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantùm, & cum populi scandalo.*

Quæ Sacræ Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Gregorius XV., & S. D. N. Urbanus VIII. in omnibus approbarunt. Bullar. tom. 3. *pag.* 430., & 102.

A. Card. Caetanus.

Prosper. Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Innocentii X. Constit. 55. De subiectione Conventuum paruorum Ordinariis locorum tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis.

Innocentius Episcopus &c.

§. 1. *Ut in parvis Regularium virorum Conventibus à SS. D. N. Innocentio Papa X. in Constitutione, quæ incipit;* instaurandæ *primum suppressis, ac deinde ad ipsius Constitutionis limites ob ratio-*

tionabiles causas in pristinum statum Regularem restitutis, & ipsis religionibus denuò concessis, piè, & religiosè vivatur, ac regularia instituta; *quo exactiùs fieri potest* observentur; *Sanctitas Sua ex sententia Sac. Congr. suprà statu Regularium, omnes & singulos Conventùs hujusmodi sic, ut prefertur, restitutos, & concessos in literis ab eadem Sac. Congregr. expediendis nominatìm exprimendas, ac personas tàm Regulares, quàm Saculares in eis degentes visitationi, correctioni, & omnimoda jurisdictioni Ordinarii Loci, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegati præsentis Decreti tenore plenè in omnibus subiecit, ac subiectos esse declaravit, donec ipsorum redditus eo usque adaucti fuerint, ut in eis commodè substentari valeant, & cum effectu substententur duodecim Religiosi ad Apostolicorum Decretorum præscriptum, idque eidem Sac. Congr. legitimè constiterit, & ejus Decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, an aliter. Intereà verò voluit Sanctitas Sua, ut in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes* maturæ ætatis; *alioquin gratia restitutionis, & concessionis hujusmodi nulla sit, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in aliis Conventibus itidem suppressis per eamdem Constitutionem ipsis demandantur, perindè ac si gratia prædicta restitutionis, & concessionis non emanasset.*

§. 2. *Insuper quia multi sunt Conventus, in quibus etsì præfixus fuerit numerus Religiosorum sufficiens ad observantiam Regularis disciplinæ, & idcir-*

 cò

cò in suppressione antedicta non fuerint comprehensi: nihilominus, sivè ob redditnum diminutionem, sive ob Superiorum incuriam, vel malam administrationem, sive ob carentiam Religiosorum, aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prædictus numerus cum effectu in eis non alitur cum gravi detrimento Regularis observantiæ; Sanctitas Sua intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos ejusmodi Conventus, ut præfertur, non suppressos, cujuscumque sint ordinis, tàm mendicantium, quam non mendicantium, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, aut Granciæ, seù membra alterius Monasterii, existentes intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, in quibus nunc aluntur, vel quandocumque actu non alentur saltem sex Religiosi itidem probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, & supra sint Sacedotes maturæ ętatis, eidem visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci similiter, ut Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus præsentis pariter Decreti vigore subjectos esse statuit, decrevit, & declaravit. Cæterum quoad Conventus cum parciori numero, quam duodecim Religiosorum erectos post diem 21. Junii 1625. & eorum subjectionem loci Ordinario Sanctitas Sua voluit in suo robore permanere Decretum San. Mem. Urbani VIII. jussu editum, cui per præmissa aliquatenus derogare non intendit.

§. 3. *Et prædicta omnia, & singula in præsenti Decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectum, & executioni mandari, non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedictâ Constitutione voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.*

Da-

Datum Romæ 10. *Februarii* 1654. Bullar. tom. 5. pag. 530.

B. Card. Spada.

P. Fagnan. Sac. Congr. Secr.

Declarationes ſupradicti Decreti à Sac. Congreg. ſuper ſtatu Regularium editæ, atque ab Alexandro VII. approbatæ.

P*Oſito Decreto fel. rec. Innoc. P. X. &c. contingit dubitari de infraſcriptis.*

1. *An Epiſcopus in Conventibus ſuæ juriſdictioni ſubjectis poſſit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam conſtituere.*

2. *An poſſit Epiſcopus à prædictis Conventibus Religioſos amovere.*

3. *An Regulares eorumdem Conventuum compelli poſſint ab Epiſcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis.*

4. *An Epiſcopus in eiſdem Conventibus ſe ingerere poſſit in his, quæ Regularem diſciplinam concernunt.*

5. *An Eccleſia dictorum Conventuum, & Capella Granciarum, in quibus degunt Converſi pro agrorum culturâ, ab Epiſcopo viſitari poſſint.*

6. *An ipſæ Granciæ, & Converſi in eis degentes ſubſint viſitationi Epiſcopi.*

7. *Quid in Eccleſiis, ſeù Capellis Granciarum, in quibus nullus degit Converſus, an ſimiliter ſubſint Epiſcopi viſitationi.*

An

8. *An liceat Episcopo visitare Conventus tàm suppressos, & posteà restitutos, quàm non suppressos ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsâ alantur sex Religiosi.*

9. *An Episcopus visitans hujusmodi Conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecuniâ.*

10. *An jurisdictio Ordinariis locorum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, attributa in supradicto Decreto, competat Vicariis Generalibus Episcoporum, nec non Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis, proprium Territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.*

11. *An Provinciales, & alii Superiores regulares possint ejusmodi Conventus jurisdictioni Ordinarii subjectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercere, sicuti poterant ante dictum Decretum.*

12. *Si Superior regularis in causâ prævenerit contrà subditum degentem in aliquo ex iisdem Conventibus Ordinario subjectis, fabricando Processum, vel eum coerceri mancipando, an Episcopus possit hujusmodi causam reassumere, ac Superiorem inhibere.*

13. *Si è converso Episcopus prævenerit in causâ contrà Religiosum in tali Conventu commorantem, an Superiori regulari eo casu liceat illum amovere, & in alio Conventu collocare, & si de facto collocaverit, an nihilominùs Episcopus possit causam prosequi, ac Religiosum sic amotum revocare ad primum Conventum.*

Si

14. *Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex fratribus à tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit.*

15. *Si à Conventu primùm suppreßo, ac deindè Religioni restituto, absint ex aliquâ rationabili causâ, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibidem degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & Conventus remaneat suppressus, ut prius.*

16. *Quid si à Conventu non suppresso similiter ex causá rationabili, & ad modicum tempus absit aliquis ex sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentiâ, Conventus subjaceat jurisdictioni Ordinarii.*

17. *An Religioso illo redeunte, vel aliàs impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperet pristinam exemptionem.*

18. *Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & posteà contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conventus reviviscat.*

19. *Ad hoc ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuò remaneat suppressus propterea quod in eo substententur sex Religiosi, an debeat præcedere declaratoria Episcopi super factâ præviâ Causæ cognitione.*

20. *An ab hujusmodi declaratoriâ liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum, tàm devolutivum, quàm suspensivum.*

21. *Cum ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes, debeant esse maturæ*

a-

ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sac. Congr. ſuper ſtatu Regularium ad ſingula Dubia ſuperius propoſita, hunc in modum reſpondit videlicet.

AD 1. *Non poſſe.*

Ad 2. *Poſſe ex rationabili cauſâ, commonito tamen priùs Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eoſdem Religioſos aſſignet in aliis Conventibus.*

Ad 3. *Poſſe compelli.*

Ad 4. *Poſſe.*

Ad 5. *Poſſe.*

Ad 6. *Subeſſe.*

Ad 7. *Itidem ſubeſſe.*

Ad 8. *Minimè licere antequam aliunde conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi deficientiâ numeri Conſtituto.*

Ad 9. *Expedire, ut SS. D. N. decernat, & declaret non licere Epiſcopo tales Conventus viſitanti quicquam accipere procurationis nomine.*

Ad 10. *Competere.*

Ad 11. *Poſſe ſicut prius non tamen privativè ad Epiſcopum.*

Ad 12. *Non poſſe niſi ex juſtâ Cauſâ, veluti cum videt Superiorem Regularium ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimiâ ſeveritate, vel indulgentiâ quid durius, aut remiſſius conſtituere, quàm cauſa depoſcit, in quâ ipſius Epiſcopi Conſcientia oneratur.*

Ad

Ad 13. *Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum à loco amovere, & si amotus fuerit, posse Episcopum causam prosequi, & illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio Saculari, si opus fuerit cujuscumque loci, in quo Religiosus ille reperiatur.*

Ad 14. *Non posse.*

Ad 15. *Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conventum manere suppressum.*

Ad 16. *Subiacere durante absentia.*

Ad 17. *Recuperare.*

Ad 18. *Non reviviscere.*

Ad 19. *Debere ità pracedere, nec ante declarationem licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.*

Ad 20. *Licere ad effectum devolutiuum tantùm non autem suspensiuum.*

Ad 21. *Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.*

Declarationes suprascriptas SS. D. N. ad se relatas approbavit, & ab omnibus ad quos pertinet observari pracepit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Roma die 27. *Julii* 1655. *Bullar. tom.* 6. *pag.* 5.

B. Card. Spada.

Loco ✱ *Sigilli.*

P. Fagnanus Sac. Cong. Secr.

Recollectio, & Compilatio Decretorum circa Regulares huc usque rescriptorum.

Expositio publica SS. Eucharistiæ Sacramenti non potest fieri à Regularibus nisi de licentia Episcopi, & ex causa publica ab eodem probatâ. Sic pluries Sac. Congregatio Episcoporum, ut in unâ Cajetanâ 25. Octob. 1602., & in Tortonen. 27. Maji 1603. &c. *Quod valet de omnibus aliis Ecclesiis exemptis, sicuti decrevit eadem Sacra Congregatio in Florentina jurisdictionis, inter Archiepiscopum, & Episcopum Fesulanum* 18. *Maji* 1696. *si aliquo Oratorio, vel Ecclesia Confraternitatum de licentia Episcopi publicè expositum erit SS. Eucharistiæ Sacramentum Parochus, si voluerit, non autem Capellanus, debet benedictionem cum SS. Populo impertiri; nec ipsis Confraternitatibus licet eodem die, quo in Ecclesia Parochiali fit publica expositio, exponere pariter publicè Sacram Eucharistiam, sicuti ad utrumque dubium respondit Sac. Congregatio Concilii in Ferrarien. jurium Parochialium* 12. Martii 1698.

Prætereà Regulares indigent Episcopi licentia pro quæstu, quem velint facere per personas Sæculares, sic Sac. Congreg. in Senogallien. 17. *Maji* 1692. *Item pro laborando, & operas serviles faciendo diebus Festis, & etiam quoties velint Conciones habere, ut in Bulla Clementis X. incipien.* Superna. *Pro alloquendis Monialibus in quolibet gradu coniunctis; & si Curam exerceant Animarum à qua abesse non possunt, neque ad libitum alias subrogare, nisi petita, & obtentâ licentiâ Episcopi, ut Concil. Trid. sess. 25. Cap. 11. de Regulari-*

ribus, & *Sac. Congregatio ejusdem in Florentina* 18. *Julii* 1678.

Primò. Regulares subiiciuntur Episcopi jurisdictioni, si in numero à Constitutionibus Apostolicis præscripto in Conventu non commorentur, & *Regularem disciplinam non servent, uti decreverunt Urbanus VIII. In Constitutione* 43. *Innoc. X. in Bulla instauranda*, & *Decreto*, ut in parvis.

Secundò. Si invitati per edictum, aut alio quocumque modo ad publicas Processiones accedere negligant, ad eas etiam censuris compelli possunt, ut pluries declararunt Sac. Congr. Concilii, & *Rituum. Quod intelligitur pariter de Processionibus, quæ fiunt in aliis locis*, & *Plebibus, ubi Sæcularia degunt, juxtà Decretum Sac. Congregationis Concilii*.

Tertiò. Si censuras, & *interdicta per Episcopum promulgata non servent, ut decrevit Sac. Congregatio Concili in Cæsaraugustana interdicti* 11. *Junii* 1695.

Quartò. Incedentes per Civitatem, & *loca sine socio, vel de nocte, aut indecenter vestiti*, & *sine debita modestia Religiosa possunt per Episcopum in carceribus mancipari, tamquam delinquentes extrà Claustra, servata tamen formâ Concilii Tridentini sess.* 25. *Cap.* 14. *de Regularibus Sac. Congregatio Episcop. in Andrien.* 15. *Dec.* 1584., & *in Ravennaten.* 12. *Sept.* 1594.

Quintò. Exercentes Curam Animarum in Ecclesiis Monasteriis unitis in iis, quæ pertinent ad Administrationem Sacramentorum, illorumque, ac Sacramentalium custodiam, & *cultum Episcopo subiiciun-*

ciuntur, vigore Bullæ Greg. XV. Inscrutabili, *& Sac. Congr. Conc. in Lauden. jurisdictionis* 1. *Dec.* 1691.

Sexto. Curati seù Vicarii dictarum Ecclesiarum Parrochialium Monasteriis unitorum renitentes accedere, & intervenire Synodo Diœcesano, & Congregationibus Casuum Conscientiæ, juris remediis ab Episcopo compelluntur, Sac. Congr. Conc. in dictâ Lauden. in responsione ad octavum, & nonum confirmatâ 20. Septem. 1692. juxtà resoluta in Justinopolitana 24. Sept. 1639. in Comen. 16. Decem. 1645., & in Forosempronien. 13. Sept. 1650.

Septimò. Ministrantes Laycis Sæcularibus infirmis, Hospitantibus in eorum Conventibus Sacramenta Eucharistiæ per modum Viatici, & Extremæ unctionis, absque Episcopi, vel Parochi licentia, Censuras in Clementina 1. *de privileg. inflictas incurrunt, & possunt per Ordinarium, etiam per Cedulones excommunicati declarari.* Sac. Congr. Concil. in nullius 19. Sept. 1637. *In Cremen.* 27. *Febr.* 1649. *in Ripana* 3. *Febr.* 1652. *Confirmata in Gerundien.* 13. *Feb.* 1694., *& recenter in Neapolitana* 5. *Junii* 1700.

Octavò. Lędentes immunitatem Ecclesiasticam Judex processus est Episcopus, qui eo expleto remittit delinquentes puniendos ad Superiores. Sac. Congr. Immunitat. in Panormitana 3. *Febr.* 1637.

Nonò: Si superiores moniti non doceant Religiosum reum de delicto publico, & gravi punivisse, potest Episcopus illorum negligentiam supplere, vigore Cap. 14. *seff.* 2. *de Regularibus Conc. Trid.*

Decimò. Offendentes Ministros, & Officiales Curiæ Episcopi prorogant illius jurisdictionem, & effi-

ficiuntur ejusdem Fori, adeò ut possint ab eodem puniri, & carcerari, ut declaravit, & laudavit Sac. Congreg. Episcoporum in Theatina 27. Martii 1692.

Undecimò. Erigentes altare portatile, & Sacrum facientes in Domo Privatorum, ut ibidem celebrent, & Viaticum ministrent Regulari infirmo, possunt censuris coerceri, & ligari, ut declaravit Sac. Congr. Concilii in Messanen. 20. Sept. 1698.

Duodecimò. Celebrantes Missas in Oratoriis privatis domicellorum diebus exceptis, vel postquam eâdem die fuit ibidem jam celebrata unica Missa in Apostolico indulto concessa, potest Episcopus in eos animadvertere, servata forma Concilii, ut censuit ead. Congr. in Neapolitaná, 30. Maji 1699.

Decimotertiò. Confessiones Sæcularium audire, aut à Casibus Episcopo reservatis, non possunt absolvere absque expressâ approbatione, & licentiâ eorumdem quovis privilegii, etiam marismagni, aut Cruciatæ prætextu, eis obstante ubique Bulla Clem. X. Superna, *neque extrà Diœcesim Episcopi approbantis pœnitentes absolvere contrà expressam probibitionem dictæ Bullæ, & Decreti Urbani VIII. nec non Sacræ Congregationis Episcop. in Lusitanâ jurisdictionis 11. Aprilis 1698.*

Decimoquartò. Degentes extrà Claustra, si delinquant, puniantur ab Episcopo vigore Constit. 39. Clem. VIII., & Decretorum Congr. Concilii impressorum post Constit. 26. Urbani VIII.; quod intelligitur, etiamsi Regulares delinquentes degerent extrà Claustra de licentiâ Superiorum.

Decimoquintò. Si in horis non consuetis Missas ce-

celebrent, vel prædicent, vel publicent Miracula non authentica, possunt ab Episcopo coerceri, & puniri, ut ex supra laudatis Decretis colligere fas est.

Decimosexto. Si censuram Canonis siquis suadente, vel aliam à Jure latam incursi fuerint, ubi factum est certum, & habet speciem notorii poterunt per Episcopum publicè denunciari. Sic Sac. Congr. Concil. in Neapolitanâ 18. *Apr.* 1693.

Decimoseptimò. Regulares, qui peracto Sacrificio Missæ circueunt per Ecclesiam, offerentes Adstantibus osculum Patenæ, possunt ad removendum hunc abusum ab Episcopo coerceri, vigore Decreti Conc. Trid. de vitan. in Celeb. Miss.; cum Patena nunquam dari debeat populo osculanda, ut pluries declaravit, & prohibuit Sac. Congr. Ritu.

Ultimo. Notandum restat, quod Regulares omnes tenentur in quâcumque alienationis specie tàm stabilium, quàm mobilium prætiosorum, sive translatione Dominii, aut creatione censuum, licentiam petere, & obtinere à Sac. Congr. Concil. prout Decreto Generali mandavit Urbanus VIII. 7. *Sept.* 1624. *cujus observantiam denuò præcepit ead. Congr.* 1. *Decem.* 1691. *per hæc verba: pro omnimodâ observantiâ, & executione Decreti, gratis expediantur res Regularium, aliorumque in Decreto comprehensarum de licentia hujus Sac. Congregationis, tantùm in scriptis dandâ, juxtà formam, & tenorem prædicti Decreti à S. Mem. Urbani VIII. confirmati, si SS. Domino placuerit. die* 4. *Decem.* 1691. *Facta relatione per Secretarium SS. mandavit servandum esse Decretum S. Mem. Urbani VIII. super hac re editum, & de licentia Congre-*

gregationis Concilii, & gratis juxta ejusdem formam, & tenorem.

R. Pallavicinus S.C.C.Sec.

C A P. XXIII.

De Monialibus.

SUmmorum licèt Pontificum Constitutionibus, & Sacrosancti Concilii Tridentini Decretis, circa Monialium Monasteria, earumque reformationem, satis, & abundè sit provisum, ad infrascripta fuit tamen visum pervenire.

Moniales omnes professionem emissam seriò, & identidem recolentes sui ordinis leges, & instituta, nec non emissa Vota ad perfectionis apicem adimplentes, satagant properare. A supervacaneis cum Exteris sermonibus accedentibus abstineant. Sacris nulla ex Virginibus ad Crates, vel ad rotam, nisi præobtentâ à Monasterii Præside facultate, accedat, cujus illam, vel singulis vicibus, vel ad tempus determinandum concedere, prout in Domino magis expedire censuerit, prudentiæ committimus. Suum ipsæ Superiorissæ Officium adimpleant, dum Nos, sub pœnâ capturæ jubendo, & decem aureorum, ne quis virorum, etiam in primo gradu cum aliqua Moniali conjunctus, sine nostrâ licentiâ, vel Vicarii nostri ad collocutorium accedat, nostro satisfacimus: Monialis verò tali in collocuctione deprehensa, ad Crates accessus per tres menses privetur. Ipsam hanc per totidem men-

menses Moniales omnes privationem volumus incurrere, cum viris etiam propinquis, & Religiosis sæcularibus in januâ colloquium habentes, urgentis casu necessitatis excepto, aut indispensabilis convenientiæ, in quo casu pauco stantes temporis spatio, & quidem cum auscultatricis assistentiâ, & cum facultate expresse obtentâ colloquantur. Vocis verò activæ, & passivæ pœnam iis imponimus Monialibus, quæ cum Regularibus facultatem non habentibus, sive ad Crates, sive ad Rotam sermonem habuerint, si autem ad Januam, erunt excommunicandæ. In collocutorio nulli extero, etiamsi fœmina sit, & in primo gradu ad cibum potumque capiendum Mensa sternatur, cum januâ præcipuè Monialium apertâ. Si Superiorissa hoc scienter permiserit, ab officio per mensem in suspensionem incurrat.

Sacræ Fenestella Communioni, & audiendis Craticula Confessionibus destinatæ, iis præcisè usibus, juxtà Clementis XI. Ordinationem in Encyclica anni 1706., quæ hic infra apponi curabimus, dumtaxàt inserviant. Janua, quæ in collocutorio est Monasterii nunquam gratiâ cum fœminis alloquendi, nostrâ sine speciali licentiâ, vel Vicarii nostri, sub vocis activæ, & passivæ privationis pęna à Janitricibus per annum ipso facto incurrendæ, aperiatur. Nonnullis imò diebus in anno exterior ipsiusmet Collocutorii etiam Janua nemini pateat, illis videlicet diebus, quibus semel in Anno Moniales ferè omnes exercitia spiritualia peragunt; item illis, quibus fieri solet Communio Monia-

nialium generalis, quando Sanctissimus in earum Ecclesiis est expositum, & aliis juxtà suarum Regularum instituta, nec non laudabiles consuetudines, aut etiam suarum prudentiam Superiorum.

Repræsentationes, Dragmata, aliaque scenica Opera intrà Monasteria ad animi levamen Moniales recitare non valeant, etiamsi sacra essent, nisi à Nobis prius, vel Nostro à Vicario Generali fuerint approbata. Quando verò scenicis propter hoc sunt vestibus indutæ, tàm Moniales, quàm puellæ in earum degentes Monasteriis, exteriorum conspectui tàm in Cratibus, quàm in Januis se præsentare non audeant; multoque minus coram ipsis, cujuscumque gradus, status, & conditionis iis sint, opera ullibi hujusmodi recitare, vocis activæ, & passivæ privationis pœnâ, à Monialibus recitantibus ipso facto incurrendâ, ac pariter cooperantibus, aut consulentibus; exteri verò audientes, vel assistentes ipso facto pœnam excommunicationis incurrant.

Non Instrumentum de quàcumque re, vel contractus Moniales valeant conficere, neque mutuò pecuniam accipere, neque aliud incipere ædificium, à Nobis licentiâ, vel Vicario Nostro Generali prius non obtentâ, aliàs Instrumenta Nostro absque consensu celebrata, nulla, & pœnam privationis Officii Superiorissis indicimus, & invalida declaramus.

Quandò ex necessitate, debità cum licentiâ in scriptis obtentâ, pro qualibet vice [excepto Confessario, Medico, & Chirurgo] ingredi septa

Monasterii Monialium contingat, hoc omni fiat cum circumspectione, & debitis, solitisque Monialium seniorum, ad hunc effectum quolibet anno deputatarum associationibus; quarum officium, præfatum per rectam, & breviorem semitam ad locum in quo debet aliquid operari, virum, erit, associare, nec unquam eum liceat vagare, etiam curiositatis gratiâ, vel se ad alia Monasterii loca divertere, in quibus nihil efficere debet, quod pariter de Confessario est intelligendum, & aliis supra nominatis; aliàs omnes isti sciant digredientes, & infra Monasterium absque necessitate vagantes, in Excommunicationem, sicuti habetur in compluribus Decretis Sac. Congregationis, incurrere. Moniales verò, quæ hanc circuitionem non necessariam permiserint sint voce ipso facto activâ, & passivâ per annum privatæ, omnes sicuti aliæ, quæ absque necessitate, & non ex officio cum viris, cujuscumque sint generis intrà Monasterii septa ex justâ causâ commorantibus, audent habere sermonem. Conversæ verò, si in aliquem ex supra narratis erroribus inciderint, majori pœnâ arbitrio nostro punientur.

Literas omnes, quæ dantur, vel à Monialibus recipiuntur, Præses valeat legere Monasterii, eâ proinde insciâ, vel inconsultâ, nec recipiantur, nec scribantur, præcipuè si literæ Propinquorum non existant ad tertium usque gradum, vel sui Superioris, aut Confessarii pro tempore existentis. Sint libri Monialium selecti, omnibus profanis omninò proscriptis, & ne eorum erroribus

bus

bus mentes dubiis, ſcrupuliſve illaqueentur, illos etiam, qui de quæſtionibus ad Conſcientiam pertinentibus agunt, italico præſertim ſermone conſcripti, ut pariter illos ex Aſceticis, qui à Superioribus, vel earum Confeſſario approbati non fuerint, eliminari jubemus.

Paupertatis votum vehementer illæſum cupimus conſervari, omnes idcircò Moniales, ſuam penès Depoſitariam, vel Præſidem juxta ſtylum Monaſterii, deponant pecuniam, & nullam à depoſito Monialis ſummam poſſit conſiderabilem extrahere, vel etiam tenuem, abſque Superioriſſæ, in cujus ſit poteſtate, ſuis permittere Monialibus, ut apud ſe pro expenſis ter Julios manualibus retineant, interventu, & facultate; quæ ſecus egerint, Proprietariarum pœnas incurrent. Eas prætereà proprietarias Moniales edicimus, adeoque pœnis, & cenſuris à Sacris Canonibus Regulari proprietario inflictis obſtrictas decedere, quæ in mortis articulo, vel dum adhuc vivunt, diſpoſitione poſt mortem implendâ, de rebus ad uſum ſibi conceſſis quaſi teſtando diſponunt. Spolia hinc Defunctarum Monialium integra ad Monaſterium debent reverti, & ad Defunctæ Creditoribus, ſi qui ſunt, ſatisfaciendum dividi. Et ſi quid reliquum ſit, etiam poſt ſolitas faciendas expenſas mortis tempore juxta ſtylum Monaſterii, liberę Superioriſſæ diſpoſitioni, quæ ſervato more ſui Monaſterii illud remunerationis, aut gratæ memoriæ Causâ inter Defunctæ attinentes intra Monaſterium poterit diſtribuere, relinquatur.

Kkk 2 Puel-

Puellæ educandæ, quæ nec septennio minores esse debent, nec annum vigesimum quintum excedere, nisi aliter à Sacrâ dispensetur Congregatione, nequeunt in Monasterium introduci, nisi primi solutio pecuniæ semestris pro alimentis præcedat, quæ pariter sexto quoque mense anticipatè fieri debebit, usque dum in educatione perseverent. Nostris, quæ sponsalia contrahunt in Monasteriis, educandas nolumus retineri; unde statim ac futuri Sponsæ Matrimonii existent nominatæ, illicò è Monasterio educantur.

Pro Puellis ad Religionem admittendis supplicem Nobis Libellum præsentari mandamus, ad recipiendæ vocationem perscrutandam, postulantem deputari Examinatorem, à quo si vocatio hujusmodi approbata, & concessa desuper à Nobis fuerit facultas, Moniales omnes vocales in Capitulo, non vivâ voce, sed per secreta suffragia, super ejus admissione deliberetur, & quod in præfato Capitulo canonicè determinaverint, ad Nos deferant. Moniales suffragia ferentes meminerint, illas acceptari non posse puellas, quas certò sciant invitas ad Religionem venire, nisi ultrà pœnam privationis vocis activæ, & passivæ, censurarum fulminibus à Tridentinâ Synodo percelli velint. Acceptari, & vestiri Puellas prohibemus, nisi Parentes, Propinqui, Tutores, aut illorum quocumque nomine curam ferentes, actu, & re ipsâ totam illam summam deposuerint, quæ titulo dotis debet persolvi, nec in ullius sit potestate, quidquam de præfatâ summâ minuere, aut eamdem in ma-

manibus Parentum, aut Propinquorum relinquere. Contravenientes in pœnas adversus Bona, & Jura Ecclesiæ alienantes latas incurrant; & Præsides ulterius in suspentionem ab Officio, & vocis activæ, & passivæ ad triennium privationem.

Cetera, quæ de Monialibus essent dicenda, ultra id quod Concilio in Tridentino est sancitum, multa sunt Pontificum Decreta, quæ ad amussim volumus observari. Omnes tandem suas Regulas, Constitutiones, nec non laudabiles Monasteriorum consuetudines confirmamus, imò illarum exactam observantiam præcipimus; pro quâ conservandâ mirum in modum Antecessorum Nostrorum juvant Decreta, & etiam à Nobis in visitationibus relicta, quæ confirmamus, approbamus, & sub pœnis in eis contentis observari mandamus, & etiam aliis majori pro contumaciâ arbitrio Nostro decernendis.

Nostrorum præcipimus Monasteriorum Confessariis, omnes in maternam has vertere dispositiones linguam, easque Superiorissæ tradere, ei imperando, ut quamprimum in Refectorio legantur, & sic ab omnibus observentur.

Lettera della Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, nella quale si ordina, che lo sportello della S. Comunione, e il gratino della Confessione de' Monasterj di Monache, non servino ad altro uso, che al destinato.

Molto Illustre, e Molto Reverendo Signore.

Non tralascia la mente indefessa di Nostro Signore, quantunque agitata per ogni parte dalle calamità de' tempi correnti, di rimaner fissa nella continua Pastoral sollecitudine a procurare con ogni maggiore studio possibile la salute dell' anime, con isvellere fino dalle radici le minime occasioni, valevoli a farle perdere, o illaqueare ne' peccati. Prevedendo pertanto la Santità Sua gl' inconvenienti, che possono accadere nell' abuso de' Confessionarj, e finestrini della Comunione nelle Chiese di Monache, de' quali alcune se ne servono per Parlatorj, senza riflettere, che quelli sono Tribunali di Penitenza, e luoghi Sacri, da venerarsi, e non profanarsi, o deturparsi con cicalecci, vani discorsi, e forse anche peccaminosi, ha ordinato espressamente d' ingiungersi agli Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj, che sotto gravi pene proibiscano a tutte le Monache de' Monasterj delle loro Diocesi, che in avvenire non si servano de' Confessionarj, o altri luoghi assegnati per udire le Confessioni Sagramentali, che per confessarsi de' loro peccati, e che non se ne vagliano altramente per Parlatorj. Ed in oltre, che le chiavi de' finestrini, per i quali le Monache ricevo-

no

no il Santissimo Sagramento dell' Eucaristia, si tengano sempre appresso le Abbadesse, e Superiore delle Religiose medesime, e che non s' aprano, che all' occasioni, nelle quali le Monache stesse devono comunicarsi, riportandosi immediatamente, e senza intervallo di tempo nelle mani delle sopraddette Superiore. Dovrà per tanto V.S. scrivere una Lettera circolare a tutti gli Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj soggetti a codesta Nunziatura acciò diano pronta esecuzione al supremo comando di Sua Beatitudine, ed il Signore Iddio la prosperi.

Roma 30. *Ottobre* 1706.

Al piacer di VS.
G. Card. di Carpeg.
F. Arciv. di Nicea Segr.

Decretum Sac. Congr. Ep., & Reg. super accessu Regularium ad Monasteria Monialium ab Urbano VIII. approbatum.

C*Um alios de anno* 1590. *per Sacr. Card. super negociis Regularium Præfectorum Congregationem, de mandato fel. rec. Xysti V. circa accessum Regularium cujuscumque ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum, quod nulli Religioso cujuscumque ordinis, gradus, & qualitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seù domus cura incumbit, visitatore, vel visitatoribus Confessarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxàt exceptis) liceat absque licentiâ expressâ ejusdem Sacra*

cræ Congregationis accedere ad Monasteria, seù Domos quorumcumque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cujusvis Ordinis, ad colloquendum, sivè tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seù Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sivè extrà Claustra existentibus, mitti contigerit, ne dicti Religiosi, ullo quæsito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intrà Clausuram degentes alloqui possint, sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ, aliisque ejusdem Sac. Congreg. arbitrio; fueritque postmodum declaratum, etiam Equites S. Joannis Jerosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, & quoscumque contrafacientes ab alio, quàm ab Apostolicâ Sede, aut à Sacra Congregatione absolvi, & rehabilitari non posse; Amplissimi ejusdem Sac. Congregationis Patres Decreta hujusmodi innovanda, & inviolabiliter observanda statuerunt. Verùm quia experientiâ compertum est, interdum ob pias & rationabiles causas, easque, ità ferente casu, repentinas, ut ab eâdem Sac. Congr. licentiam expectari, summè incommodum, vel inutile sit Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus, sibi attinentibus necessitatem obvenire; facto verbo cum SS. D. N. Urbano VIII., & de Sanctitatis Suæ expresso ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in posterum locorum Ordinariis, ut, quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque

Re-

Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possint. Id verò non aliter, quàm servatâ ad unguem formâ infrascriptâ. Ut id nullo modo liceat diebus Festivis, aut in Adventu, Quadragesimâ, Feriâ sextâ, Sabbato, & Vigiliis; prædictâque licentiâ obtentâ ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & auscultatrices de more, non autem alii assistant; prædictâque licentiâ pro die, & horâ certâ, & in scriptis concedatur, in librisque Cancellaria ejusdem Ordinarii adnotetur. Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter, quàm servatâ formâ supradictâ licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis SS. D. N. & Sac. Congr. transgressores, judiciumque reformident. Regulares autem pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso sese noverint esse addictos, & arbitrio Sac. Congreg. sæverius puniendos.

Romæ 13. Kal. Decemb. 1623.

Declaratio Sacræ Congreg. Concil. à Clemente IX. approbata super eodem accessu.

DIe 11. Maji 1669. Sac. Congreg. Eminentissimorum S. R. E. Card. Conc. Trid. Interpretum, habitâ notitiâ, quod nonnulli Regulares absque licentiâ Crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse inter-

 di-

dictum per breve tempus, usque ad quadrantem boræ cum dimidio, quod horologio Arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas in Clausurâ existentes alloqui, & hanc opinionem tamquam tutam affirment, dißeminent, & forsan etiam scriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conscientias, & scandala confoventes; ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos opinionem prædictam improbans, reiiciens, ac damnans declaravit Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta, ac ipsis etiam Regularibus subjecta, vel aliàs speciali mentione digna, absque legitimá facultate accedunt, colloquendo, etiam per quodcumque modicum temporis spatium, cum Monialibus, aut aliis intrà Clausuram degentibus peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivę, aliisque contra Regulares accedentes sine licentiâ ad Monasteria Monialium statutis pœnis, poße ab Ordinario, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri. Et die 7. Junii ejusdem Anni factâ relatione SS. D. N., Sanctitas Sua præsentem declarationem approbavit, ac typis dari, & servari jussit.

A. Card. Celsus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

S. Brancaccius Archiep. Andrianop. Secr.

Spo-

Spoletana accessus ad Monasteria.

ET si Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Trid. Interpretum sub die 11. Maji 1669. apertè declaraverit Regulares qui ad Monasteria Monialium legitimâ absque facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intrà Clausuram degentibus peccare mortaliter, hancque declarationem SS. Dominus approbaverit, ac Typis dari, servarique jusserit; quia tamen, nonnulli sunt, qui declarationem hujusmodi perperam interpretantes, verumque sensum subuertentes, varia confingendo sophismata, asserunt accedentes ad bonum finem non peccare mortaliter, & declarationem præfatam non obligare sub mortali contendunt, ad omnem tollendam dubietatem resolvendum censuit.

Primò. An Regulares accedentes ad colloquendum cum Monialibus, sine licentia Episcopi peccent mortaliter.

Secundò. An peccent mortaliter, saltem edita declaratione Sacræ Congregationis Concilii, cum approbatione SS.

Die 26. Novemb. 1672. ead. Sacr. Congr. ad utrumque respondit affirmativè, etiamsi ex rationabili causa, quando non adest licentia &c.

P. Card. de Alteriis Præf.

Loco ✠ Sigilli.

S. Archiep. Brancaccius Episcop. Viterb. Sec.

Dubia, & resolutiones super collocutione eorumdem Regularium cum Monialibus ad prædictum Decretum Clementis PP. XI.

EDita vix lege, statim illam eludere malitia excogitat: quare non ita pridem emanavit generale Decretum arctissimè prohibens colloquia Regularium cum Monialibus quando jam super eo varia interpretationes confingi cœperunt, aliaque nunc Bergomi suboriuntur: pro quarum resolutione supplicant Confessarii Monialium quærendo.

Primò. An Regularibus missis ad Crates Monialium pro munere prædicationis obeundo prohibitum sit sub peccato mortali, censuris, & pœnis, &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermonem cum quæstionibus, vel dubiis Spiritualibus, aut materiis ipsius Concionis.

Secundò. An talis prohibitio intelligatur, tàm de collocutione cum aliquibus Monialibus, quàm cum unâ tantùm (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè post Concionem.

Die 21. Maji 1678. Sac. Congr. Eminentissimorum S. R. E. Card. Concilii Trid. Interpretum ad utrumque respondit affirmativè.

Lettera Circolare del di 12. Marzo 1682. Circa l'udire le Confessioni Sacramentali delle Monache inferme.

LA Santità di Nostro Signore, mosso dal suo Paterno zelo, mi comanda di significare à V. E. esser

ser precisa mente di Sua Beatitudine, che tutti i Confessori de' Monasterj di Monache, benchè esenti di qualsivoglia esenzione, non debbano in alcuna maniera udire le Confessioni Sagramentali delle medesime, quando sono inferme, se non a Porte aperte della Cella, nella quale si trovano, coll' assistenza di alcune Monache, in modo però, che queste possano vedere solamente, ma non udire nè l'Inferma, nè il Confessore. Si compiacerà però V. E. d'ingiungere strettamente sotto gravi pene, anche di privazione di voce attiva, e passiva, alla Badessa, e all' altre Superiore di Monasteri di Monache, che in ciò diano pronta esecuzione alla Santa Mente di Nostro Signore. E le bacio umilissimamente le mani.

Declaratio Sac. Congr. Concilii circa facultates Regularium ad audiendas Confessiones Monialium tempore Jubilæi.

Eminentiss., & Reverendiss. Domini.

CUM, vigore Bullæ, super declaratione privilegiorum Regularium nuperrimè emanatorum, cautum sit Regulares approbatos ad audiendas Sæcularium personarum Confessiones, nequaquam censeri approbatos ad Confessiones Monialium audiendas; sed egere quoad hoc speciali approbatione Episcopi.

Quæritur, an dicta declaratio extendatur etiam ad tempus Jubilæi, ex quo putant Moniales sibi permissam electionem cujuscumque Confessarii simpliciter, & absolutè, non specialiter approbati, ideo &c.

Die

Die 3. Octobris 1671. Sac. Congreg. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, re maturè perpensâ, respondit affirmativè.
A. Card. Celsus Praef.
Loco ✠ Sigilli.
I. Archiep. Brancaccius Ep. Viterb. Secr.

Sommario delle Constitutioni di Clemente PP. VIII., e Urbano PP. VIII. proibenti à Regolari dell'uno, e dell'altro sesso il fare donativi. Clem. VIII. nella Bolla che comincia : *Religiosa Congregationes*, 20. Maggio 1594.

1. *PRoibisce a tutte le persone Regolari [eccetto gl'ordini Militari] dell'uno, e dell'altro sesso ogni, e qualsivoglia sorte di donativi fatti, o mandati; comprendendo non solo i Monasterj, e Conventi, ma ciascheduna persona Religiosa, e Superiori di essi.*

2. *Dichiara proibito il fare, ò mandare detti donativi, non solo de' frutti, rendite, proventi, collette, contribuzioni, oblazioni, o sussidi certi, ò incerti, ordinarj, o straordinarj, o della Mensa, ò massa comune, ovvero di qualsivoglia Fabrica, Sagrestia, i Beni de' quali si amministrano, ovvero sono soggetti a rendimento di conto, ma ancora del denaro, eziandio di quello, che da ciascuno in qualsivoglia maniera acquistato si mette in comune.*

3. *Proibisce ancora il fare, o mandare detti donativi, eziandio delle sopraddette cose, che nominatamente siano a ciascheduna delle dette persone Religiose da' suoi, e sue Superiori, ovvero da' proprj affini, pro-*

propinqui, famigliarj, amici, e benevoli, ovvero dalla pietà de' Fedeli, anco ad intuito di limosina, carità, e di quella propria persona attribuite, ovvero in qualsivoglia modo da qualsivoglia Religioso acquistate al suo Monastero, o Casa, ò luogo, e dal Superiore, o Superiora concedute a libera disposizione della persona Religiosa soggetta. E ciò dichiara intendersi del fare, o mandare i detti donativi, tanto da per se, quanto per mezzo di altri; tanto direttamente quanto indirettamente.

4. *Concede nondimeno, che possano le sopraddette persone Religiose fare donativi leggieri di presentucci appartenenti a cose ò commestibili, o potabili; ovvero a Divozione, o Religione, purchè si faccino con approvazione del Superiore, ovvero Superiora, e del consenso del Convento, a nome comune del Monastero, mai della persona Religiosa in particolare.*

5. *Dichiara in oltre esser compresi in detta proibizione i donativi a qualsivoglia persona, tanto Secolare, quanto Ecclesiastica di qualunque stato, grado, dignità, ordine, condizione, e riguardevole per dignità, non solo Mondana, Ducale, Reale, Imperiale, ma anco Ecclesiastica, e Pontificale, o altra maggiore, eziandio Cardinalizia, eziandio al proprio Ordinario del luogo, anco per causa, ed occasione di Benedizione, o ricevimento dell' Abito, della Tonsura Regolare, o professione di Monache, tanto Suddite agl' Ordinarj quanto non suddite; come anco a' propri Superiori Regolari, o altro Uffiziale. In oltre a qualunque, eziandio semplice, e particolare Religioso, volendo, che tra gli stessi Regolari ancora, per toglier via l'am-*

l'ambizione, sia proibita ogni largizione, e donativo, eccettuate cose minime, con licenza espressa, ed in scritto del Superiore, o Superiora,

6. *Proibisce ogni sorte di spesa in onore, ricevimento, o simili atti, ed ossequi verso i Benefattori, Protettore, Ordinario, eccetto quelle spese, le quali in realtà si fanno, non per loro, ma per il culto Divino, e per i veri bisogni de' poveri, secondo, che richiede la Carità, o necessità, di consiglio, e consenso de' Superiori, in cose lecite non proibite dalle Leggi proprie Regolari, ne eccedenti la tassa delle medesime.*

7. *Approva, e loda l'ospitalità verso i poveri, e Pellegrini, specialmente in quei Conventi, che anno entrate destinate, e lasciate per quella, prescrivendo nondimeno il modo, col quale nel trattenimento si congiunga alla carità anco la frugalità, e povertà Religiosa.*

8. *Condanna tutte quelle persone, che riceveranno donativi fatti contro il prescritto in detta Costituzione, alla restituzione in foro tanto esterno, quanto interno, volendo, che ad essa siano obbligati senza decreto, sentenza, o dichiarazione di Giudice; e dichiara, che tale restituzione non possa validamente farsi, se non a quel Monastero, o Convento in comune, e ponendola nella Mensa, e massa comune di essi Conventi, de' Beni di cui sarà fatto il donativo; ovvero, se non sarà di detti Beni, ove il Religioso donatore averà fatta la Professione.*

9. *Condanna parimente tutte le persone Religiose dell'uno, e dell'altro sesso sopraddette che trasgrediranno questa Costituzione ad essere ipso facto prive di*

tut-

tutte, e ciascuna dignità, grado, carica, e uffizio, che avevano, quando donorono, e l'inabilità in perpetuo ad ottenere dopò i medesimi, ed altri, tanto dissimili, quanto simili, sottoponendole a nota d'infamia, e ignominia perpetua, privandole ancora di voce attiva, e passiva ipso facto, senza altro Decreto, o ministerio, sottomettendole alle pene di furto, e simonia, ed ogni altra stabilita dalla Legge Comune, Costituzioni Apostoliche, e Statuti dell' Ordine, Luogo, e Monastero, che vi fossero contro tale delitto.

10. *Comanda a' Vescovi, che faccino quanto prima trasportare dal Latino in lingua volgare del Paese le Copie, ò almeno il Sommario di detta Costituzione. Le quali Copie, ovvero Sommario, sottoscritti dall' Ordinario medesimo, si inseriscano ne' libri degli Statuti, e ordini di ciascun Convento, e si leggano almeno una volta in ciaschedun' anno a tutte le persone del Convento radunate insieme con voce alta, chiara, e intelligibile.*

Urbano VIII. nel Breve, che comincia: Nuper à Congregatione 16. *Ottobre* 1640.

Decide alcune difficoltà insorte circa l'interpretazione della sopraddetta Costituzione, e dichiara:

1. *ESser lecito alle persone Religiose il far donativi per causa di gratitudine, e per guadagnare, o mantenere la benevolenza verso la sua Religione, o Convento, o per altre cause, che contengano di sua natura atto di virtù, e merito, purchè si faccia con modestia, e discre-*

tezza il dono, e con licenza del Superiore, o Superiora, e con il consenso della maggior parte del Convento, se in tali casi si ricerca un tale consenso, o per Legge, o per vigore di Costituzioni, o consuetudini di ciascuna Religione respettivamente.

2. *Dichiara intorno a' donativi sopraddetti permessi di leggieri presenti concernenti a cose commestibili, potabili, e di devozione; che il consenso del Convento ricercato dalla sopraddetta Costituzione, si deve intendere quel consenso, che per altro si dia di ragione di Legge, e quando vi corre sospetto di ambizione; cessante questa non ricercarsi la licenza del Superiore in scritto, ma bastare in voce.*

3. *Ne' ricevimenti di conviti, e simili de' Benefattori, Protettori, ovvero Ordinarj, trasgredirsi la detta Costituzione, quando si fanno in modo indecente allo stato Religioso.*

4. *Dichiara che i Conventi, a' quali deve farsi la sopraddetta restituzione, sono quei Conventi, a' quali le robe donate, o mandate si appartengano di ragione, quando ciò possa farsi commodamente: che se non si potrà, allora la restituzione deve farsi al Convento, che è più vicino al luogo, dove si cerca l'assolazione, ed è della medesima Religione.*

5. *Salve queste dichiarazioni, comanda, che la sopraddetta Costituzione di Clemente si osservi onninamente, nel restante la conferma, ed in quanto bisogna la rinnuova, condannando, e irritando ogni pretesto, o non uso, o uso, o consuetudine in contratio.*

6. *Finalmente comanda sotto pena di privazione di voce attiva, e passiva da incorrersi ipso jure à qualun-*

lunque Superiore, o Superiora di Monasterj, o Conventi, che in perpetuo ciaschedun' anno nel Mese di Gennaro faccia leggere publicamente in radunanza di tutte le persone del Monastero, o Convento, o almeno nella pubblica mensa, tanto la sopraddetta Costituzione di Clemente, quanto questo Decreto, Interpretazione, e Breve. E proibisce a qualsivoglia persona di qualunque condizione, e dignità, giudicare, e interpretare altrimenti, e annulla ogni altra contraria interpretazione.

Decreto della Sacra Congregazione, che non possino introdursi in Clausura gl' Infanti.

Molt' Illustre, e Reverendiss. Monsig. come Fratello.

L*A Sacra Congregazione ha probibito altre volte agli Ordinarj il lasciare introdurre gl' Infanti dentro a' Monasterj di Monache, sotto pretesto, che per l' età non fossero compresi nelle Costituzioni di Pio V. e Gregorio XIII. ed altri Sommi Pontefici, dichiarando, che tanto le Monache, che ricevessero, quanto ogni altra persona, che ve l' introducesse incorra nelle Censure di violata Clausura; lo significo a V.S. per ordine di questi Eminentissimi miei Signori, affinchè col suo solito zelo, e puntualità invigili sopra l' osservanza della suddetta proibizione in cotesta sua Diocesi, procedendo contro i trasgressori alle pene Canoniche. E Iddio la prosperi. Roma 1. Aprile 1667.* *Come Fratello Affezionatissimo*

M. Card. Ginetti.

Lettera della Sacra Congregatione, che le Monache non possino far commedie alla presenza de' Secolari.

Illustre, e Reverendiss. Monsignore come Fratello.

AVendo questa Sac. Congregazione per molte esperienze riconosciuto il grave danno, che apporta l' abuso introdotto ne' Monasterj di Monache, di rappresentare Commedie, o azioni simili alla presenza di persone Secolari con molto scapito dell' osservanza Religiosa, e del decoro non meno che del detrimento dell' anime loro, che, come Vergini consacrate a Dio devono contenersi con ogni maggiore ritiratezza, e riguardo, questi Eminentiss. miei Sig. per evitare nell' avvenire ogn' inconveniente, comandano espressamente a V.S., che faccia una proibizione generale a tutt' i Monasterj, perchè dalle Monache non si rappresentino più tali azioni alla presenza di qualsivoglia sorta di persone, di che stato, grado, o condizione si siano, così dell' uno, come dell' altro sesso, che fossero presenti, tanto dentro la Clausura, quanto fuori, cioè alle porti, grate, o qualsivoglia altro luogo sotto pena alle Monache, che ciò permetteranno, della privazione di ogni dignità, uffizio, e inabilità alla voce attiva, e passiva, e a' Secolari, o altri assistenti, di Scommunica. E volendo in oltre la medesima Sac. Congr. ovviare ad ogni sinistra interpretazione, in riguardo dell' ingresso ne' Monasterj, dichiarano l' EE. loro, incorsi nella violazione della Clausura, e nelle Censu-

re

re comminate nelle Costituzioni Apostoliche tutti quelli, che etiam per necessità del Monastero, e colla debita licenza vi siano entrati, ed abbino divertito non solo per assistere a qualche trattenimento, ma anco a qualsivoglia altra azione, benchè Religiosa, e pia, mentre non venga specificatamente espressa nella licenza, che averà ottenuta da chi si aspetta. Dovrà dunque V.S. far pubblicare la presente, e registrare nella sua Cancellaria Archiepiscopale: Ed il Signore Iddio la prosperi. Roma 3. Ottobre 1664.

Di V.S.

Come Fratello Affezionatissimo
Il Cardinale Ginetti.

CAP. XXIV.

De Confraternitatibus Laycorum.

AB aliis Congregationes Hominibus in hoc solùm non congregatis discriminantur, quod particulares illæ leges habeant approbatas, & à Papa, vel ab Ordinariis, exactè, confirmatas observent. Si autem præfatæ Congregationes, vel leges sic approbatas non haberent, vel si haberent, dumtaxàt si conservarent in Codice, operibus autem contradicerent, tunc quâ ratione essent Congregationes dicendæ? Ut omnes, idcircò, Congregationes, sive Laycorum Confraternitates, præcipimus, cum facultate, & Ordinarii approbatione erectæ, si usque adhuc Leges non habuerint, suam si velint Congregationem subsistere, nostras

ita-

ſtatim Leges faciendas acceptent, ſi verò habeant, & confirmatæ non ſint, ut firmitatem, auctoritatemque Legis obtineant, noſtram in unius Menſis tempore termino expoſtulent Confirmationem; ſi hâc item approbatione, & minimè careant confirmatione, exactèque non obſerventur, nec à Nobis, nec ab aliis honorem, & Congregationis nomen, aut Confraternitatis juremeritò poterunt promereri; dum ab aliis ſanè hominibus non congregatis, ullo pacto, ut nuper annuimus, non diſtinguuntur. Hæc enim diſcretio, non per aliud, quàm per obſervantiam particularium Legum, per habitus diverſitatem, per ordinem, & methodicam Capitis diſpoſitionem, & membrorum, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, & tandem per ſpecialem recognitionem, & erga alium Superiorem ſubjectionem, quem alii non habent homines congregati, dignoſci fas eſt; & quod importantius exiſtit, aliter, nec aliâ viâ, quàm iſtâ Indulgentias lucrari, meritum conſequi, & omnibus illis bonis, quæ dumtaxàt adimplentibus omnia, ut ſuprà pollicentur, valent ſpiritualibus, ullatenus ditari.

Novæ Societates, Confraternitates, Congregationes, aut Centuriæ tàm Virorum, quàm Mulierum in hâc Diœceſi Maſſanâ abſque Noſtrâ, vel Apoſtolicâ auctoritate, non in Eccleſiis etiam Regularium inſtituantur; ex Summi verò Pontificis erigendæ Diplomate, aſſenſum noſtrum ſi dictis in Apoſtolicis Literis præſervetur, expectent, & conditionibus omnibus inibi adjectis, omninò implendis

dis ligentur, aliàs omnes institutiones, & hujusmodi tàm factas, quàm faciendas erectiones, penitus irritas esse volumus, & extinctas.

E quod de totà sumus Congregatione, & Confraternitate loquuti, etiam de Confratribus, & Congregatis, volumus intelligendum, qui si non paruerint, & adamussim cunctas Leges, & suarum Constitutiones Confraternitatum, jam per Nos, uti suprà, approbatas, & confirmatas, observaverint, & juxtà eas vivere neglexerint, vel aliàs quoquomodo contempserint, postquam à Rectoribus, Prioribus, & ipsarum Confraternitatum Præpositis ter fuerint admoniti, & non resipuerint, statim à Societate expulsi intelligantur, & omninò cassati, nec ullo modo ipsorum Confratrum privilegiis, aliisque spiritualibus bonis gaudeant, & fruantur. Si autem Rectores ipsi, & Priores, & Superiores in huic satisfaciendo muneri fuerint negligentes, suo ipsi ab officio, nec ullus è Societate in posterum præstare ei teneatur obedientiam, suspensi intelligantur. Etsi nihilominus huic nostræ Constitutioni non obtemperando pertinaces extiterint, interdicti pœnæ nostrum ad beneplacitum eorum Societas, parva Ecclesia, vel Altare subjaceant.

Quas autem Functiones in Confraternitatum Oratoriis possunt fieri, hìc repetere non judicamus, quia in Cap. de Parochis, in Cap. de Ecclesiis, & in aliis Capitibus multa sunt dicta, quæ etiam hæc Confratrum Oratoria afficiunt; & quamplurima Sacræ Congregationis Decreta in prædicto

cto de Parochis Capite adnectuntur, in quibus, quæ Parochus potest prohibere, utpotè juribus præjudicialia Parochialibus, & quæ Correctores, vel Capellani præfatarum possint Confraternitatum inconsulto Parocho peragere, videntur. Exactam idcircò nunc observantiam prælaudatorum non tantùm decretorum, verùm etiam nostrarum Legum, denuò dumtaxàt præcipimus; post quarum Legum publicationem, eas in unum colligant, omnibusque, præcipuè Officialibus patefaciant, ut si aliqua à Nobis sancita in Sacristiâ deficiant, provideantur, unà cum libris pro Inventariis, pro Missis, pro Legatis piis &c. Præter tabellam, in quâ sunt Missæ suo loco celebrandæ præceptam designandæ, etiam in eorum Oratorio sit album appensum, in quo Fratres omnes per ordinem alphabeticum sint descripti, sub quo sit chartula amovibilis, in quâ cujuslibet Anni Officiales legantur. Nec præfatum ulli conficere Cathalogum, & in aliquâ appensum Ecclesia liceat retinere, Nostro absque speciali mandato, & licentiâ, quam nunc præsentis Decreti vigore Congregationibus, & Confraternitatibus erectis, & à Nobis approbatis, nec non Constitutiones habentibus per Nos, vel Vicarium nostrum confirmatas, dumtaxàt concedimus. Qui aliàs attentare præsumpserit, sit ipso facto excommunicatus, & illa Ecclesia, quæ præfatos Cathalogos retineret, remaneat interdicta ad duos menses, & si in culpâ Parochi fuerint, vel Rectores, statim suspensi nostrum ad arbitrium intelligantur.

De-

Declaratio Sacr. Congr. Concilii, quoad Confraternitatum, quæ sunt erectæ in Ecclesiis Regularium visitationem Nucerina Paganorum 23. Junii 1629.

Sacr. Congreg. &c. inhærendo declarationibus aliàs factis censuit Confraternitates Laycorum in Ecclesiis Regularium exemptorum institutas, subesse jurisdictioni, & visitationi Episcopi, illasque ab eo visitari posse, nec non illarum Capellas in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt, etsì Confraternitatibus incumbit onus manutenendi Altare, & illius cultum, Episcopum posse visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, cultum, & ornamenta Altaris, seù Capellæ, onera Missarum, atque Divinorum Officiorum, ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent.

Cum qua declaratione pertransiit eadem Congr. in Urbinaten. 23. Septemb. 1690. & quam pariter tenuit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Fanen. 10. April. 1693. referente Eminentiss. Card. Carpineo.

Clementis VIII. Constit. 115. De formâ servanda in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus.

Gregorius Episcopus &c.

Quacumque &c.

§. 1. *Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus Nostris, & forsan etiam à Nobis nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christifidelium sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum Nationum, nominum, & Institutorum, tàm in Alma Urbe Nostra, quàm in aliis Civitatibus, & locis Christiani orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum, & aliis Ecclesiis, & Collegii, nec non etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eâdem Urbe, & in aliis locis existentes, eisque privilegia, Indulgentias facultates, aliasque Spirituales gratias, & Indulta sibi concessa respectivè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, qua in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis servari debeat; propterea sive negligentiâ Superiorum ordinum, Religionum, & institutorum, vel Officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes Privilegio-*

giorum, Indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non servant formam in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus servari debitam, neque præscribunt modum, quo privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque Spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant, seù ipsarum Confraternitatum, & Congregationum incuriá, quæ non inquirunt ea, quæ præstare òportet, ut illa consequantur, nonnullæ pravæ consuetudines irrepserunt, multaque incommoda inde provenerunt.

§. 2. *Quibus Nos pro commisso Nobis Apostolicæ sollicitudinis officio, paternâque erga omnes Christifideles Charitate prospicere volentes, hâc Nostra Constitutione perpetuò valitura decernimus, atque statuimus, ut in posterum, tàm hujus Almæ Urbis Nostræ, quàm aliarum Civitatum, & locorum totius Christiani Orbis, Regularium ordinum, Religionum, & Institutorum, quibus in eorum, & quibuscumque aliis Ecclesiis, & Collegiis Confraternitates Sæcularium erigendi, & instituendi facultas concessa est, nec non etiam Confraternitatum, & Congregationum cujusvis Nationis, nominis, & instituti illæ sint, & in quibuscumque Ecclesiis, domibus, & Oratoriis tùm Sæcularium, quàm, ut præfertur, quorumcumque, etiam mendicantium Ordinum, Religionum, & Institutorum regularium, quàvis tàm Ordinariâ, quàm Apostolicà auctoritate erectæ, ac institutæ existant, seù aliàs quovis modo introductæ reperiantur, quibus aliàs Confraternitates, & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisque privilegia, Indul-*

gentias, facultates, aliasque Spirituales gratias, & Indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, vel à Nobis, & Apostolicà Sede tributa fuit, Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerii, Prælati, Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores, & alii Officiales, seù Superiores quovis modo nuncupati, Regularium siquidem ordinum, Religionum, & Institutorum, unam tantùm Confraternitatem, & Congregationem, de consensu tamen Ordinarii loci, & cum Literis ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & Instituendæ pietas, & Christianæ Charitatis officia exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscumque aliis Ecclesiis, & Collegiis erigere, & instituere.

§. 3. *Ceterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum in singulis Civitatibus, oppidis, vel Locis, unam etiam Confraternitatem, & Congregationem dumtaxàt, quæ Apostolicà, vel ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejusdem, vel alterius Nationis, nominis, & Instituti aggregata sit, prævio similiter Ordinarii loci consensu, & cum ejus Literis testimonialibus ejusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutum, pietas, & christianæ Charitatis officia quæ exercere consuevit apud eos commendentur, sibi adjungere, & aggregare possint.*

§. 4. *Huic vero Confraternitati, & Congregationi erigendæ, instituendæ, seù aggregandæ, ea tantum*

tum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & Indulta, quæ ipsi ordini, & Religioni, instituto erigendi, instituendi, ac communicandi, seù Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem, quæ per extentionem, vel Communicationem sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem, non sub Generali formâ verborum, vel ad instar, sed expressè, & in specie communicare valeant.

§. 5. *Statuta autem pro regimine ordinum, Religionum, & Institutorum, erigentium, & instituentium, ac communicantium, seù Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita, Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non possunt, nisi ea prius ab Episcopo Diœcesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.*

§. 6. *Insuper volumus, & ordinamus, ut prædicti Ordines, Religiones Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, nec non Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis novissimè approbatam diligenter observent, secundum quam privilegia, idulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & Indulta ipsis Ordinibus Religionibus, institutis erigentibus, instituentibus, & Communicantibus, seù Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus, nomina-*

natim, & expreßè, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt communicare possint.

§. 7. *Quibus Confraternitates, & Congregationes ejusdem dumtaxàt Nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & instituti Archiconfraternitatis, & Congregationis, cui aggregantur tàm hactenus aggregatæ, quàm inposterum aggregandæ, utantur, potiantur, & gaudeant. Ità ut dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, & institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, Ministri, & Officiales, & alii supradicti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta hujusmodi, præviâ tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ capitulo, illa, juxtà Sac. Conc. Trid. Decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.*

§. 8. *Quibus etiam Ministris Officialibus, & aliis prædictis Eleemosynas, & alia oblata Christianæ Charitatis subsidia, juxtà modum, & formam per Ordinarium Loci præscribendam, remotis tamen mensis, peluibus, & capsis, quæ in Ecclesiis, & Oratoriis dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac Communicantia, seù Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes tàm almæ Urbis nostræ, quàm aliarum Civitatum, & lo-*

co-

corum quorumcumque, juxtà modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respectivè præscribendum observare teneantur. Eleemosynas autem si collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, tàm ordinum, Religionum, institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quàm Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios pios usus, arbitrio ejusdem Vicarii Nostri in Urbe, nec non Ordinariorum locorum respectivè, fideliter exponere, atque erogare procurent, ut omnes intelligant, Cælestes Ecclesiæ thesauros, non quæstus, aut alicuius lucri causâ, sed pietatis, & Charitatis excitandæ gratiâ ex Apostolicæ Sedis benignitate Christifidelibus aperiri.

§. 9. *Præterea volumus, ut Confessarii, qui vigore privilegiorum ipsis Ordinibus; Religionibus, institutis, erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seù Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possunt, & poterunt Sæculares, scilicet in Almâ Urbe à prædicto Nostro Vicario, extrà Urbem verò à Locorum Ordinariis, Regulares autem non solùm à prædicto Vicario Nostro, & à locorum Ordinariis respectivè, sed etiam â suis Superioribus approbati sint, utque Confratres confitentes à criminibus, casibus, & censuris, juxtà dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & Sac. Conc. Trid. Decretis, ac Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & nostris Constitutionibus, non adversentur, nec revocata,*

ta, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam, & tenorem dumtaxàt absolvere valeant. Decernimus insuper, ut iidem Confessarii praedictos Confratres cujuscumque gradus, status conditionis, & praeminentiae, etiamsì speciali notâ digna fuerint à casibus contentis in literis, quae die Coena Domini legi consueverunt, nec non violationis Communitatis, & libertatis Ecclesiasticae, & Clausurae Monasteriorum Monialium, si videlicèt sine necessariâ, & urgenti causâ, ac sine superiorum licentiâ, vel etiamsì causâ, & licentiâ concessa abutentes praedicta Monasteria ingressi fuerint, nec non violentae manus iniectionis in Clericum, & singularis certaminis, seù duelli, ac ab aliis etiam casibus tàm à Nobis, quàm à praedicto Nostro in Urbe Vicario, & Locorum Ordinariis respectivè reservatis, & prò tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione, ab homine lata absolvere; & super irregularitatibus, tàm ex aliquo defectu provenientibus, quàm occàsione delicti contractis cum aliquo dispensare praetextu dictorum privilegiorum nullo modo possint.

§. 10. *Demùm statuimus, & pariter ordinamus, ut Confraternitates, & Congregationes ubivis locorum quavis auctoritate, ut praefertur, erectae, & institutae, & quibus communicationes praedictae factae sunt, ac cuicumque ex dictis ordinibus, Religionibus Institutis, Archiconfraternitatibus, Congregationibus ubilibet existentibus, hactenus aggregatae ab iisdem respectivè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, novas erectionum, institutionum, communicationum, & aggre-*

gregationum litteras juxtà formam à Nobis novissimè approbatam, infrà annum, si in Europâ sint, & si extrà Europam fuerint infrà biennium à die publicationis præsentium in Romana Curia faciendæ computandas impetrare teneantur. Aliòquin dicto tempore elapso, erectiones, institutiones, & quæcumque communicationes privilegiorum, facultatum, Indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore illis concessæ nullius sint roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ censeantur eo ipso.

§. 11. *Erectionum autem, institutionum, communicationum, & aggregationum tàm hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum litterę ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seù Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, gratis omninò, ac nullâ prorsus mercede, etiam à spontè dantibus acceptâ, expediri, & concedi debeant.*

§. 12. *Quod si Ministri aliqui, Superiores, vel Officiales quocumque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Institutorum, seù Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujusmodi, quâvis auctoritate, vel privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra pręmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint erectiones, institutiones, & communicationes privilegiorum, Indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque Gratiarum, & indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, nec non aggregationes per ipsos facienda, seù renovandæ nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorum Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum pri-*

 va-

vationis officiorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia inposterum obtinenda pœnam, quæ ab alio, quàm à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit, incurrat eo ipso.

§. 13. *Mandat Constitutionem hanc inviolabiliter observari cum decreto irritanti, & clausulâ sublatâ.*

§. 14. *Derogat quibuscumque contrariis clausulis amplissimis.*

§. 15. *Dat formam publicationis.*

§. 16. *Mandat Ordinariis, ut Constitutionem prædictam solemniter publicari faciant.*

Datum Romæ apud S. Petrum 7. Decembris 1604. Anno Pontificatus tertiodecimo. Bullar. tom. 3. pag. 164.

Summarium Bullæ Pauli III. Super erectione Societatis SS. Corporis D. N. Jesu Christi.

Cupiens Sanctitas Sua, ut quæcumque in honorem ac venerationem SS. Sacramenti à piâ Fidelium devotione adhibentur, perpetuis futuris temporibus essent duratura, & Sacratissimum Christi Corpus in Ecclesiis asservari, & administrari, atque ad Communionem Infirmorum deferri eo cultu, qui illi debetur, mandat, ut in quibuslibet Ecclesiis Parochialibus, non solùm Urbis Romæ, sed etiam ubilibet existentibus, instituatur sodalitas, sivè Societas, tàm Virorum, quàm Mulierum sub invocatione SS. Corporis Christi.

1. *Quibus Confratribus Societatis hujusmodi, ac eorum singulis, dat, & concedit omnia, & singula pri-*

privilegia, Indulta, exemptiones, libertates, immunitates, Indulgentias etiam plenarias, & Peccatorum remissiones, ac alias Gratias Spirituales, & Temporales à quocumque Summo Romano Pontifice concessas, & concedendas Confratribus Imaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum, & aliarum Ecclesiarum, & locorum Urbis.

2. *Confratres utriusque sexus, & eorum singuli in ingressu in societatem, & ter in vitâ Confessi, & Sacramento recepto, plenariam ad instar Jubilæi Indulgentiam obtinent.*

3. *Capellani, & Ministri Societatis easdem Indulgentias Societatis consequuntur.*

4. *Confratres iidem utriusque sexus, ac eorum singuli associantes SS. Sacramentum per se, vel impediti, per alios, centum annos Indulgentiæ consequuntur.*

5. *Mulieres Domi, cum Campanæ signum audiunt, flexis genibus, dicendo semèl Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, eamdem Indulgentiam obtinent.*

6. *Confratres utriusque sexus, qui quâlibet sextâ Feriâ cujuslibet hebdommadæ totius anni, Ecclesiam, aut Altare, ubi erit SS. Sacramentum devotè visitaverint, decem annos, & totidem Quadragenas Indulgentiæ consequentur.*

Quæ-

Quædam, ad quæ obligantur ex eâdem Bullâ Confratres ejusdem Societatis.

1. *Confratres utriusque sexus singuli hebdomadis quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitent.*

2. *Confratrem infirmum visitent, & ad Confessionem, Communionemque adhortentur.*

3. *Per se, vel impediti per alios, facibus accensis associent SS. Sacramentum.*

4. *In elevatione Corporis Christi in Missâ Solemni, quæ singulis mensibus unicâ Dominicâ celebratur, faces accensas habeant.*

5. *Procurent Sacramentum honorificè accensis lampadibus die noctuque conservari.*

6. *Curati ad Communionem Infirmorum convocent Confratres signo Campanæ.*

7. *Rectores Parochialium Ecclesiarum tenentur observare statuta ejusdem societatis.*

CAP. XXV.

De Funeribus.

BUllæ in primis Pii V. incipientis: *Cum primum Apostolatus* observantiam circa Defunctorum tumulationem mandamus; ipsius idcircò vigore in omnibus nostræ Diœcesis Ecclesiis, Oratoriis, Capellis, Confraternitatibus, & sacris aliis quibuscumque locis, capsas omnes, & Cadaverum deposita,

sita, super terram existentia penitus volumus amoveri. Ossa verò, & Mortuorum Fidelium Cineres infra pavimentum tumulentur; ab Altaribus autem, eorumque gradibus sepulchra, si quæ fortè essent, omninò præcipimus removeri, & donec præfata sint sublata sepulchra, Altaria remaneant interdicta. Sepulturæ tàm in Ecclesiis, Oratoriis, & Confraternitatibus extructæ duplici, quoad fieri potest, lapide claudantur; nec novæ nostrâ absque licentiâ, extruantur, & nunquam in Choro, vel propè Altaria, à quibus per tres ad minus cubitus, ut Paulus Pecci Prædecessor Noster decrevit, volumus distare, ædificentur. Si quis aliter fecerit, sciat interdicta sepulchra præfata remanere. Ecclasiarum verò Rectores, qui ea sic extrui permiserint, decem pœnæ scutorum subjaceant, quæ pecunia novo pro extruendo sepulchro nostras juxtà Leges, illoque malè extructo removendo, inserviet. Sacerdotum, & Clericorum Sepultura, ubi fieri poterit, sit à Laycorum Sepulchris separata, & decentiori sita loco, ut pariter pro parvulis baptizatis speciale habeatur sepulchrum, seù locus in Cœmeterio distinctus. Sacra, quæ fabrefactis cellulis non distinguuntur Cœmeteria, sed effossione factâ tumulandis Cadaveribus destinantur, munda retineantur, & saltem, semel in Anno purgentur; unde nec vites, nec arbores, ac alia, quæ loci sanctitati repugnant, aspiciantur, sed Muro, vel alio quovis repagulo sint vallata, ostiumque benè clausum habeant; ita ut ab hominum, & bestiarum injuriis tuta remaneant, & tandem Ma-

gnæ

gnæ Crucis erectione consecrentur. Si aliqua in visitatione Cœmeteria non sic bene Clausa, & cum omnibus præfatis aliis inveniemus, omnes sciant Curati interdicta eorum haberi Cœmeteria, & ipsos in quinque aureorum pœnam esse incursos.

Nè verò extrinsecè munda, & dealbata, intrinsecus sepulchra polluantur, ejici, & in prædictis respectivè non humari eorum cadavera, qui nominatim excommunicati, denunciati, vel publici Clericorum percussores absque absolutione decesserint, jubemus; insuper manifesti Usurarii, & alii, qui ab Ecclesiasticâ sepulturâ repelluntur, dejiciantur, ne pœnas sepellientes, quas Sacri Canones optimo jure non parentibus imponunt, incurrant; in casibus autem dubiis Nos, vel nostrum Generalem Vicarium consulant, & responsum expectent, antequam quidquam decernant. In Ecclesiis præterea, ubi non sunt effossa sepulchra, vel ubi quispiam sepulturâ carens sit seorsim sepeliendus, sub duorum aureorum pœnâ Ecclesiæ pavimentum, vel per se, vel per alios Parochi omnes, aliique Ecclesiarum Custodes, nè effodiant, nève excavari permittant, sine Nostrâ in scriptis obtinendâ facultate, sed in Cœmeteriis, vel in aliis sepulturis illa pro interim tumulabunt.

Quia libera est electio sepulturæ, inibi est unusquisque sepeliendus, sin minus, in Majorum sepulchro, & hoc, in propriâ Parochiâ, deficiente. Electio autem, nisi facta fuerit in Testamento, sepulturæ, vel per Instrumentum, aut Codicillos possit probari, tunc vel per Parochi, aut duorum

masculorum Testium, juratam probetur depositionem. Inhabiles autem ad sic testificandum decernimus Sacerdotes, vel Religiosos, vel Confratres illius Ecclesiæ, in quâ electio sepulturæ facta contenditur. Advenæ tamen, & Peregrini, electione cessante, in eâ semper, ubi decedunt, humentur Parochiâ. Caveant tamen omnes, ne quemquam directè, vel inducant indirectè ad promittendum, seù jurandum, in suâ Ecclesiâ sese sepulchrum electurum, sub pœnis Sacris à Canonibus constitutis.

Nullum sepulturæ corpus tradatur, quod per vigintiquatuor horas, hyemali saltem tempore post obitum supra terram non permanserit; quod magis rigorosè, & strictè cum illis est omni tempore observandum, qui improvisi, & repentini morbi violentiâ oppressi fuerint: quod ante tempus prædicta nequaquam liceat secare Cadavera, vel quâcumque de causâ, vel sine aperire. Et licèt Cadaverum exenteratio à Sacris Canonibus sub excommunicationis pœnâ latæ sententiæ sit prohibita, in aliquibus tamen casibus cum Ordinarii licentiâ est permissa: ideo ne prædicta fiat exenteratio, etiam post vigintiquatuor horarum tempus elapsum Nostrâ, absque licentiâ, vel Vicarii nostri Generalis in scriptis obtentâ, præcipimus; aliàs Censuris per Sacros Canones Decretis omninò volumus subjacere; nec in suis Rectores Ecclesiis occisorum Cadavera inspici, aut à Curiâ visitari sæculari, vel ad hunc effectum exhumari, nisi de Nostrâ speciali licentiâ, in scriptis concedendâ, juxtà facultatem Nobis à Sac. Immunitatis Congre-

gre-

gregatione concessam, permittant.

Cadaver, quod jam est conditum in sepulchro, & perpetuæ traditum sepulturæ, effossum, nisi scripto factâ à Nobis facultate, aliò inde non liceat asportare. Contravenientes in suspensionis pœnam, cujuscumque generis sint, sive sæculares, sive Regulares, ipso facto incurrant.

Parochi super defunctorum Cadaveribus tàm immediatè post obitum, quàm in ipso funere cum ictu Campanarum, preces omnes, & cæremonias servent, à Romano Rituali præscriptas, & tàm divitum, quàm pauperum sepelliendorum curam habeant indistinctè, officiique sui memores ad vigilantiam revocamus: severisque arbitrariis pœnis eos indicimus coercendos, quorum culpâ, & avaritiâ differri diutius egenorum sepulturam fortè contigerit; quapropter Decreti à Sac. Congr. Concil. die 15. Maji 1638. emanati meminerint, cujus sunt verba: *Congr. Concilii censuit ad solutionem quartæ funeralis non teneri hæredes, nec Executores Testamentarios. Emolumentum verò sepulturæ pro Cadaveribus humandis, non posse de jure peti, nec exigi, sed si quid ex legitimâ Consuetudine à sponte dantibus solvi consuevit, hujusmodi consuetudinem permitti posse, ita tamen, ut ex non solutione interim non denegetur sepultura.* Hinc volumus, ut unusquisque proprias Nobis afferat consuetudines probandas, vel, si opus sit, auditis partibus, reformandas, cum ad Nos circà Funeralia taxam conficere pertineat [nam Nobis quænam sit à Prædecessoribus stabilita taxa non constat,] ut jus Paro-

rochi illam exigendi habere possint: ut pluries in Sac. Congr. Conc. fuit definitum, & melius in ipsomet Rituali declaratum habemus per hæc verba: *Caveant omninò Parochi, aliique Sacerdotes, ne sepultura, vel Anniversarii Mortuorum officii causâ quidquam paciscantur, aut tamquam pretium exigant; sed iis eleemosynis contenti sint, quæ aut probatâ consuetudine dari solent, aut Ordinarius constituerit.* Post hæc subduntur alià importantiora, quæ sunt: *Pauperes verò, quibus mortuis nihil, aut ità parùm superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omninò sepelliantur; ac debita lumina suis impensis adhibeant Sacerdotes, ad quos Defuncti cura pertinet, vel aliqua pia Confraternitas, si fuerit, juxtà loci consuetudinem.* Quæ omnia servari mandamus sub pœnis Arbitrio Nostro infligendis.

Parochus Defuncti in ejusdem associatione semper interesse debet, vel vocari, nec ulli prorsus quocumque obtentu, absque illius consensu, Cadaver è Domo ad Sepulchrum electum efferre volumus licere: monendus igitur est, & donèc accedat expectandus; & tunc ipse in eàdem Domo, ubi jacet Cadaver, illud aquâ aspergat Lustrali, & cetera officia peragat consueta. Quicumque ad Funus fuerint invitati videlicet cujusvis Ecclesiæ Clerus tàm Sæcularis, quàm Regularis, & Confraternitates Laycorum ad Ecclesiam Parochialem Defuncti convenire teneantur; & inde Cruce cum Parochiali, & Parocho processionaliter ad efferendum pergere Cadaver, illudque ad Ecclesiam associando, in qua tumulatio, quâcumque consuetu-

 di-

dine non obstante fieri debet, & quandocumque in exequiis intervenerit Capitulum, suam in omni casu solam Crucem deferant Canonici, sub quâ omnes reliqui incedant, & eamdem in Ecclesiis Regularium teneant erectam, uti Sacr. Rituum Congr. decrevit 22. Martii 1631.

Animadvertant, quod præfatæ associationes, & nocturno non fiant tempore Processiones, nisi de Nostrâ licentiâ, neque confusè, sed distinctè procedant, servato inter eos ordine præcedentiæ suo loco sancito; sicuti habitu talari, superpelliceo, & Bireto utantur, & suo pariter Confratres indumento Societatum. Parochus autem, sive alius, cujus gerit vices semper habeat Stolam, & nunquam nigrum deferat Pluviale, quo dumtaxàt in Exequiis uti debet, post præcipuè de Requiem solemnem Missam decantatam, quæ semper in nigro coloris paramentis debet celebrari, & nunquam violacei sub suspensionis pœnâ, ipso facto, in Missis de Requiem nigri coloris Paramenta à non deferentibus incurrendâ.

Non Parochis, in quo Defunctorum Nomina, Cognomina, Patriam, ætatem, diem, mensem, & annum liber desit, & quæ Sacramenta administrata fuerint, & an repentinâ obierint morte, distinctè describant, ut suis occurrentibus casibus possit clarius à Paracho ad Ritualis Romani normam, testimonium proferri.

Utque modo Officii nostri partem cum harum elucubratione Constitutionum, quoad vires pro aliis implevimus insudando, omnis exposcit ra-

ratio, ut nunc etiam pro Nobis agamus, decernendo in levamen, & animæ nostræ refrigerium aliquid in die obitus, juxtà in Provinciali Synodo sancita Senensi de Anno 1599. Hæc quapropter Synodus, ejus inhærendo mandatis, omnibus hujus Massanæ Diœcesis Parochis præcipit, ut notitiâ Nostræ mortis statim acceptâ Missam decantent, ut in die obitus, solemnesque Exequias absoluto Officio, juxtà Rituale Romanum persolvant. *Deinde* [hoc est præcisum Decretum Synodi Provincialis: *omnibus Diœcesanis Sacerdotibus hoc pium onus imponimus, & novem saltem dies pro illius anima Missæ Sacrificium faciant.* Et quia Synodus prælaudata Provincialis vult, ut Episcopo antecessori Anniversarius exequiarum honos ab eo, qui in ejus locum successit tamdiù solveretur, quamdiù is vitæ munere frueretur: hinc Anniversaria dies pro Anima Illustriss. & Reverendiss. D. Nicolai Ptolomæi Antecessoris Nostri quolibet Anno die Mensis Maji in nostrâ Cathedrali celebrabitur Episcopi, & Capituli expensis: sic ipsâ Synodo imperante Provinciali his verbis: *Successorem Episcopum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, ubi Funus celebrari oportet, sumptibus ad eam rem necessariis oneramus.*

Declarationes Sacr. Congr. Conc. in Neapolitanâ 13. Febr. 1666.

P*ER evitare le controversie, che per causa d'elezione di Sepoltura, e di Funerali sogliono ave-*

 ve-

venire, non senza scandalo de' Fedeli sono l'EE. VV. supplicate dal Commendatario dell'Abbadia, e Chiesa Parrocchiale di S. Giovanni Maggiore di Napoli per la risoluzione delli seguenti dubbj.

1. *Se sia valida l'elezione della Sepoltura, che si fa nella presenza del Parocho da chi è sano, o infermo.*

2. *Se al valore dell'elezione della Sepoltura si richieda il Testamento nell'ultima volontà, ovvero basti, che s'elegga innanzi per altr' atto pubblico, che non sia Testamento.*

3. *Se sia nulla essa elezione di Sepoltura quando si elegge eziandio per Testamento fatto in vita, e non in morte.*

4. *Se chi ha Cappella di sua Famiglia con Sepoltura propria, o se comprasse Cappella con propria Sepoltura, morendo senza elezione di Sepoltura, si debba seppellire nella Cattedrale.*

5. *Se sia valida l'elezione della Sepoltura fatta nella presenza di due, o più Testimonj.*

6. *Se l'elezione della Sepoltura fatta per* nutum, *e per* signa *in caso, che tal' uno non possa parlare, sia valida.*

7. *Se li Fratelli delle Confraternite si possano seppellire nella Sepoltura della loro Chiesa, non facendosi elezione d'altra.*

8. *Se l'elezioni della Sepoltura, le quali præsumuntur de jure, come quelle della Moglie rispetto al Marito, de' Figli rispetto al Padre, e loro Maggiori, e de' Schiavi rispetto a' Padroni, e simili siano valide.*

Die 31. Februarii 1666. Sacr. Congr. Conc. Trid.

Ad

Ad primum. Censuit esse validam, dummodò Parochus non attestetur ad proprium commodum.

Ad secundum. Censuit non requiri necessariò Testamentum.

Ad tertium. Censuit non esse nullam.

Ad quartum. Non esse sepelliendum in Cathedrali.

Ad quintum. Esse validam.

Ad sextum. Esse validam, dummodò sufficienter constet de voluntate eligentis.

Ad septimum. Negativè.

Ad octavum. Censuit quatenus electa non fuerit Sepultura, Uxorem in Sepulturam ultimi Viri sepelliendam, filios verò in Sepulcro Majorum, Servos autem in Parochia.

Ità reperitur in reg. Decretor. lib. 25. fol. 29.
Ità est A. Altovitus Secr.

Et in alia Neapolitana.

Sumptâ occasione Decreti editi ab hâc Sac. Congr. in aliâ causâ Neapolitana sub die 13. Februarii 1666. ad 2. ex pluribus dubiis propositis super materia Funerum respondit: Ad validam Sepulturæ electionem non requiri necessariò Testamentum.

Confratres, & Consorores consueverunt collectivè, & collegialiter per publicum instrumentum eligere Sepulturæ suæ locum in aliis Ecclesiis, & signanter Regularium, in quibus eædem Sodalitates erectæ repperiuntur, absque tamen voto, juramento, aut promissione, de non revocando electionem, & nuper Confratres

tres Artifices Congregationis Assumptæ erectæ in Ecclesiâ Presbyterorum Oratorii S. Philippi Nerii per libellum à SS. D. N. remißum supplicarunt hujusmodi electionis Sepulturæ modum validum declarari.

Super his confecto Processu per Em. Archiep., datâque relatione, quæ in folio per manus EE. PP. transmittitur, hodiè informante tantùm Capitulo Ecclesiæ Archiep. Neapolis, quæritur: an hujusmodi electio Sepulturæ collectivè, & collegialiter facta sustineatur in casu, de quo agitur?

Die 16. Maji 1682. Sacr. Congr. Concil. &c. respondit sustineri electionem Sepulturæ collectivè factam per Confratres individualiter consentientes, & die 19. Decemb. ejusdem anni 1682. repropositâ hujusmodi causâ utrâque parte, ore, & scriptis informante, stetit in decisis, additâ clausulâ, revocabiliter tamen.

F. Card. Columna Præfectus.

A. Altovitus S. C. C. Secr.

In Siracusanâ 10. Junii 1625.

SAcr. Congr. Concil. censuit non licere Regularibus concedere, aut permittere, ut Defunctorum corpora tumulentur in Sepulchris supra pavimentum Ecclesiæ, cum humari debeant in tumbis profundis, ad præscriptum Constit. S. M. Pii V. hac de re edita.

Anno 1648. 10. Jan. Episcopus etiam per censuras providere debet, ne Clericus exigat pro Funeribus ultrà solitum. Congr. Episcop. & anteà 1646. 16. Nov. ac in Cremonen. 1604. 20. Sept. neque sub pre-

prætextu, quod Capitulum solito rarius advocetur. Ead. Congr. in Cajetanâ 1602. 19. Jan.

Anno 1678. 1. Octob. Nullo modo impediantur, vel retardentur Sepultura, exequiæ, aut Funeralia Defunctorum tàm Civium, quàm exterorum ob solutionem illorum emolumentorum, quæ ab Episcopo, aut Capitulo, sive à Curato, & quocumque alio juxtà locorum consuetudinem prætenduntur, sed illæsa remaneant actiones juridicæ in Bonis, super quibus erunt exercendæ, absque eo quod fiat Repræsalia Cadaveri, vel dentur molestiæ personales Filiis, Uxoribus, & Consanguineis; nec etiam aliquid exigatur pro licentia transferendi Cadavera, vel ea sepelliendi magis in uno loco, quàm in alio: Innoc. XI.

Anno 1694. 13. Febr. Episcopus inquirit, an Rectores, & Capellani, Hospitalium, & locorum piorum in eorumdem Ecclesiis exerceant Functiones Parochiales, vel extrà illas Cadavera Fidelium in dictis Hospitalibus Defunctorum ad alias Ecclesias, in quibus Defuncti sibi elegerunt sepulturam, vel proprium habent Sepulchrum auctoritativè deferant, & associentur, ut possit hæc, quæ ad Parochum privativè pertinent, prohibere: Congr. Concil. in Bononien.

Anno 1699. 15. Jun. Quando aliquis moritur ab intestato, nihil disponens circà Funeris impensas, potest Episcopus aliquam moderatam summam ad hunc effectum taxare, & obstringere hæredes ad illam solvendam, maximè stante consuetudine sic faciendi, quæ valdè rationabilis est.

Catachen. 8. Maii 1595. Parochi, si velint, possunt exequiis assistere, etiam in Ecclesiis Regularium,

rium, dummodò non faciant Officium, nec pretendant præcedentiam.

In Firmana 29. *Nov.* 1641. *Parochi occasione Funeris possunt ingredi Ecclesias Regularium Superpelliceò, & stolâ, dummodò officium super Cadavere peragant ipsi Regulares, nisi adesset concordia, & immemorabilis consuetudo in contrarium.*

In unâ Gallipolitana 20. *Nov.* 1601. *E' stato altre volte dichiarato da questa Sacra Congregazione, che i Parochi possano intervenire alle Sepulture de' Morti, che si portano alle Chiese de' Regolari, e possano arrivare sino alla Chiesa, & entrandovi, assistervi, senza far cosa alcuna. E con ordini, che si faccia trà Frati di S. Domenico, e gl' altri Regolari, e cotesti Curati.*

In Cervien. Cardinali Bevilacqua 26. *Junii* 1615. *ejusdem tenoris. Ac in Gravien.* 22. *Jan.* 1619.

In Ravennaten. 28., & 31. *Augusti* 1616. *Parochus si sit in quasi possessione faciendi Officium supra Defunctos suæ Parochiæ in quacumque Ecclesia Civitatis, sivè Regularium, sivè Sæcularium, vel Abbatialium manutenendus est.*

In Casinen. Abbati Monti Casini. Dalle sue, che la P. V. mi hà mandato con avvertire, acciochè non succeda altro scandalo trà i Frati, e il Clero Secolare, simile all' occorso al 27. *Luglio passato, con dar ordine, che nella presente Chiesa de' Frati, ed altre di qualsivoglia ordine, in occasione di seppellire i Morti, debbano far l' officio sopra il corpo, i medesimi Regolari, assistendo il Clero, officiando gl' altri, senza voler guidare a governar l' Officio, poichè è stato altre vol-*

volte dichiarato dalle signorie loro Illustriss., che sebbene la cura de' corpi, e di seppellirli, e così anche di cominciar l'Officio, spetti al Paroco, nondimeno, gionto il Cadavere alla Chiesa de' Regolari, ad essi tocca proseguire l' Officio, eccetuato però il caso, se vi fosse consuetudine prescritta a favore del Clero Secolare da osservarsi inviolabilmente 20. *Settembre* 1594.

In una Montis Pelusii 15. *Novemb.* 1580. *Il Clero Secolare può far l' officio sopra i Morti nelle Chiese de' Regolari, se così è consuetudine antichissima.*

Et 16. *Augusti* 1566. *Altrimente il Corpo morto, mentre è fuori della Chiesa tocca al Curato del Defonto in tutto &c. ma gionto il Cadavere dentro alla Chiesa de' Regolari, ad essi spetta far l' officio, se bene il Paroco volendo, può entrare.*

In Neritan. 16. *Maji* 1588. *E i Regolari non Parochi della Parrocchia del Defonto non debbano far l'officio sopra i Morti, che non si portano a seppellire nelle lor Chiese, nè in casa, nè per strada, ma solo dentro la propria Chiesa.*

In Nicaterensi 5. *Julii* 1615. *Parochi Defunctorum in Regularium Ecclesiis humandorum Corpora usque ad easdem Ecclesias associare, ac etiam in illis permanere possunt, absque tamen eo, quod in Officio decantando ullatenùs se intromittant, nisi contraria adsit consuetudo.*

In Turritanâ 24. *Nov.* 1617. *Clerus Sæcularis postquam Christifidelium Cadavera in Fratrum Religiosorum Ecclesiis sepellienda associaverit, in eisdem Ecclesiis, super hujusmodi Cadaveribus Officium Defunctorum cum Stola, & Pluviali Psalmos, Respon-*

soria, aliasque preces, vel Orationes recitare, aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus dumtaxàt hæc omnia peragenda sunt.

Et in Cremonen. 9. & 16. Augusti, ac 6. Sept. 1604., & Julii 1. 1606., & 31. Julii 1646. censuit licere Capitulis, quoties Defunctorum Funera ad Ecclesias quascumque, etiam Regularium comitantur, ingredi Ecclesiam, atque in illâ super ipso Corpore, Psalmum Miserere, vel De profundis, cum versiculo, Responsorio, & Oratione super Defuncto, sine tamen Stolâ, & Pluviali recitare, vel decantare.

Ac demùm in unâ Placentinâ Mense Junio, & 9. Novemb. 1663. ubi luculentissimè censuit: Parochis in associatione, sine occasione associationis Cadaverum licere ingredi Ecclesiam Regularium, etiam cum Stola, & superpelliceo, dummodò Ecclesiam ingressi nullum super Cadavere Officium peragant.

Idem censuit re maturè discussa, & quibuscumque in contrarium non obstantibus in eadem Placentina 7. Decemb. 1668.

Idipsum censuit Sac. Rit. Congr. in una Eugubina 12. Maji, & 5. Julii 1612., & in Placentina, & Lycien. 23. Maji 1619., & in Casanien. Civitatis Platiæ 12. Octobris ejusdem anni, ac sapè alibi.

In Placentina 16. Decemb. 1661. Sac. Congr. Episcop., & Regula. Censuit, declaravit, & decrevit quoad Monachos accedentes ad Funeralia Defunctorum convenire debere in Ecclesiam Parochialem Defuncti, cum aliis pariter accessuris, & inde omnes unà cum Parocho ad Domum Defuncti efferendi, ritualiter procedere.

In

In Vigilievanen. 12. *Nov.* 1600. *Regulares vocati ad sepelliendos mortuos, etiam in sua propria Ecclesia, debent accedere ad Ecclesias Parochiales, ex quibus Cadavera amoventur, & indè cum Clero Sæculari discedere, non autem expectare extrà Januam Ecclesiæ, & aliis se posteà associare.*

In Senogallien. 26. *Augus.* 1616. *Regulares cum alicui Funeri convocari contigerit, debere ad Parochialem accedere, & exinde cum Parocho ad Domum, ex qua Cadaver extrahendum est, se conferre. Casu autem, quo dictum Cadaver in aliqua Ecclesia deponi contingant, in eamdem Ecclesiam, ubi depositum erit convenire debent.*

Idem quoque censuit Sac. Congr. Episcop. sive Rit. in una Bononien. 9. *Decem.* 1617. *Vocatos omnes ad funus debere convenire in Parochialem Ecclesiam Defuncti. Et in Tropien.* 8. *Februarii* 1631., *& in Thelesina* 12. *Febru.* 1633. *Regulares, vel alii ad funus comitanter non permittantur expectare per viam, neque ad Domum Defuncti, sed tantùm in Ecclesia Parochiali, non obstante contraria consuetudine expectandi per vias, vel ad Domum Defuncti.*

In unâ Ostien. Sac. Congr. Rit. 18. *April.* 1607. *Et quando contingit associare funus alicujus Defuncti ad aliquam Ecclesiam Parochialem, in quam simul Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ cum Parochis aliarum Ecclesiarum d. loci conveniunt, præcedentiam dandam esse Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, etiam supra proprium Parochum, cui tamen jus faciendi Officium propria Ecclesia reservetur.*

Et in aliâ Prænestinâ: Præcedentiam semper, & ubi-

ubique competere Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ supra prædictum Parochum, & in asportandis Funeribus Defunctorum propriæ Parochiæ: jus tamen faciendi Officium in propriâ Ecclesiâ proprio Parocho reservatur.

Idipsum disertè firmatum fuit à Sac. Congr. 14. Maji 1643. In associatione Funerum, salvâ legitimâ loci consuetudine deberi præcedentiam Capitulo Collegiatæ supra Parochum etiam proprium Defuncti, sine tamen præjudicio in reliquis jurium, & præeminentiarum eidem Parocho de jure, vel de consuetudine competentium.

Quoad Canonicos Cathedralis extant seqentes Declarationes: Canonici Cathedralis præcedere debent Parochum, etiam in funere, non autem alii: inter Canonicos autem præcedentia datur Archipresbytero, si Stolam deferat. Sac. Rit. Congr. in Viterbien. 25. Junii 1611. In Nullius 12. Maji 1612., & in Prænestinâ Cav. 14. Augusti 1618.

Nonnulla Dubia.

1. *AN Parochus, & Clerici Parochiali Ecclesiæ Matrici addicti sint præferendi Capitulo, & Canonicis Collegiatæ?*

2. *An Parochus, ut Prothonotarius possit uti Almutio?*

3. *An Parochus uti Prothonotarius Apostolicus possit uti habitu prælatitio in Processionibus, functionibus Ecclesiasticis.*

4. *An Capitulum quamvis non invitatum interesse*

se possit generalibus Processionibus.

5. *An Parochus Matricis Ecclesiæ possit ad suum libitum incohare Generales Processiones, non expectatis Canonicis Collegiatæ, vel potius eligenda sit conveniens hora?*

6. *An Decreta aliàs per dictam Sac. Congr. emanata, quod Capitulum Collegiatæ in omnibus sit præferendum Archipresbytero Matricis Ecclesiæ, quamvis Archipresbyteralis Ecclesia sit unica Parochialis, & Collegiata animarum Cura penitùs careat, & cum Capitulum invitatum fuerit, ad levanda funera debeant omnes tàm Sæculares, quàm Regulares convenire in Ecclesiam Collegiatam, & sub unicâ Cruce Capituli incedere, debeant servari, etiam in Processionibus Generalibus, in quibus inceditur, etiam sub Cruce Parochiali, & nullum afferri potest præjudicium juribus Parochialibus, & Parocho? & quis debeat facere functiones benedicendi Campos, & maledicendi animalia, & à quo debeat præscribi, & intimari hora ejusmodi Processionum?*

7. *An Archipresbyter in propria Parochia assistens, tàm in Vesperis, & Missis Decantatis, quàm in Concionibus uti possit habitu Prothonotarii?*

8. *An dum Capitulum fuerit invitatum ad funus, & illud renuat, Parochus levare possit idem Capitulum ab hæredibus requisitum illud levare, prævia tamen protestatione Parocho faciendâ?*

9. *An Capitulum Collegiatæ, dum non habet jus funerandi, & corpus est sepelliendum in ejus Ecclesia ex electione Defuncti, possit erigere Crucem intra limites Parochiæ, cujus jurisdictio, & territorium spe-*

spectat ad Archipresbyterum.

10. *An Officium faciendum in Ecclesia Archipresbyterali circa funus ad eandem delatum pro Sepultura, spectet ad Archipresbyterum, & Capitulum, postquam illud associavit ad portam Ecclesiæ, teneatur recedere?*

11. *An Officium faciendum in Collegiata circa funus ad eandem delatum pro Sepultura, spectet ad Parochum, vel potius ad dignitatem Collegiatæ.*

Sac. Rit. Congr. ad 1. *respondit Anno* 1666. *Mense Augusti, Capitulum, & Canonicos Parocho Matricis Ecclesiæ in omnibus esse preferendos.*

Ad 2. *Non posse.*

Ad 3. *Non posse uti habitu Prælatio in Processionibus, & functionibus Ecclesiasticis.*

Ad 4. *Non solum posse, sed etiam esse laudandum.*

Ad 5. *Non posse, sed spectare ad Collegiatam, & indicenda est hora conveniens.*

Ad 6. *Affirmativè. Et functiones benedicendi spectare ad Parochum, & hora debet præscribi, & intimari à prima dignitate Collegiatæ.*

Ad 7. *Posse.*

Ad 8. *Posse, requisito, & expectato Parocho, & renuente venire.*

Ad 9. *Posse.*

Ad 10. *Spectare ad Archipresbyterum. Capitulum verò posse expectare, vel recedere.*

Ad 11. *Spectare ad Dignitatem, uti in propria Ecclesia.*

CAP.

CAP. XXVI.

De Vicariis Foraneis.

QUia in pluribus, se Nostrâ extendit Diœcesis Dominiis, idcircò, ut Causæ ad Curiam Nostram Episcopalem pertinentes minori cum incommodo agitentur, plures volumus Foraneos adesse Vicarios, Campiliæ nempè, Plumbini, Cosmopolis, Capite Iluæ, & Caprariæ, qui omnes totam habeant Jurisdictionem, & auctoritatem, quam ipsis usque nunc demandavimus, præterquam eisdem modò aliam concedimus, mulctas videlicet omnes impositas, & imponendas exigendi, in parvo quos Codice describant, & fideliter servent, & quolibet tempus infra Quadragesimæ anno, ad Nostræ Curiæ Cancellarium remittant, ut tempore eas Paschali, Pauperibus, & Locis piis, prout magis Nobis in Domino expedire videbitur, distribuere possimus.

Onus præthereà Foraneorum in posterum Vicariorum præfatorum sit taxam illam amplius à Parochis exigere in quolibet pro Mensa, ut in Capite de Parochis annuimus, Testamento stabilitam. Cathedraticum tandem pro Cathedræ honore, & in spiritualis signum subjectionis Episcopo debetur, & jam in Cap. *Conquerente* stabilitum fuit, de Officio Judicis ordinarii in Conc. Bracharen. 2. relato in Cap. *Placuit* causâ 10. quæst. 3. in Cap. *Olim* de Censib. & in aliis Canonibus, quibus Concilii determinationes Congregationis accedunt, in quâ

quâ de Anno 1644. die 3. Decemb. sequentia dubia proposita fuere.

1. *An Episcopus, qui nunquam adhuc exegit Cathedraticum possit pro præterito tempore, & in futurum illud exigere? Resp. affirmativè in una Albiganensi die, & Anno supradicto.*

2. *An exactio Cathedratici sit facienda à toto Clero; an à Beneficiatis tantummodo? Sac. Congregatio respondit faciendam esse à Beneficiatis, & ab Ecclesiis tantùm, in ead. Albiganens. die, & Anno supradicto. Novissimè in una Amalphytana 5. Septembris* 1705. Iterum declaravit, quod Cathedraticum solvi debeat Episcopo, non obstante contrariâ consuetudine, etiam immemorabili; illudque deberi à die adeptæ possessionis; respondit in ead. Amalphyt. 26. Februarii 1707. Hinc præfatis præcipimus Vicariis per totum Aprilis mensem quolibet curent anno, ut à Parochis, & ab aliis fit exactum: prout de jure dictum Cathedraticum in eâ quantitate, & qualitate monetæ, juxtà dispositionem Juris, vel Locorum consuetudinem; & si super hoc difficultas oriretur ad Nos habeant recursum, qui misericordes existemus, minoremque taxam stabiliemus. Præfatorum insuper Vicariorum onus sit, curare, ut non tantùm in posterum omnes, quibus de jure spectat, spoliorum Reverendæ Cameræ Apostolicæ taxam persolvant, verùm etiam negligentes graventur, ut etiam duplum in eorum solvant contumaciæ pœnam, & hoc absque ulla, aliàs, etiam arbitrio Nostro ipsi Vicarii plectentur, tergiversatione adimpleatur.

Istos

Istos omnes Foraneos Vicarios Nostræ Ecclesiæ Molem nobiscum alacriter gestantes, suis de obligationibus, incumbentiis, atque oneribus non opus est admonere; quia eos cuncta prædicta præ manibus tenere, Nos pro certo juvat habere; nihilominus eos volumus admonitos, quod non tantùm Processus, Causasque recognoscere, & ab aliis jam dictas exigere pensiones, sed insuper spiritualia circa salutem animarum, majoremque Dei gloriam versari, sedulò curare debebunt; idcircò sicuti mulctarum Depositarios reddidimus, ita eorum in manibus Clementis XI. Pastoralem Literam, suum in pagina 39. habentem initium, omnibus communicandam commendamus; quia in talis Epistolæ Apostolicæ extentione tota Ecclesiastica Disciplina, totaque vivendi norma compilantur; unde in omnium cordibus semper cupimus commorari; quapropter ad majorem facilitatem, eo quod legendam pluries in Anno Populis præcipimus, fuit italicâ Linguâ dicto loco exarata.

CAP. ULTIMUM.

De Constitutionibus.

PArum fuisset Synodale hoc ædificium in Fide habere fundatum, Sacramentis fulcitum, Ecclesiarum nitore, ac Ministrorum Religione ornatum, tot, tantisque ditatum Decretis, atque illustratum, si posteà deberet in occulto delitescere; hoc profectò suprà montem positum ædificium,

 idest

ideſt ſuper inſignem Legum juſtitiam nequit abſcondi. Quapropter Parochi omnes ſuas ad Eccleſias redeuntes, coram novâ luce hominibus reſplendeant, has operibus ſtatim Synodales Leges referando, quas ſi fecerint, & docuerint, Regni jure meritòque Magnates Cœleſtis vocabuntur. Nullus ut hinc ignorantiæ prætextu à noſtrarum obſervatione Conſtitutionum valeat excuſari, præfatis Curam Animarum habentibus ſanctæ obedientiæ virtute, ut illas ſibi commiſſis Plebibus publicent, & ſaltem quater in anno accomodatis diebus, unum aliquando caput, modò duo, & plus, vel minus, ſecundum quod temporis opportunitas, & facultas patietur, declarent injungimus.

Ut unuſquiſque autem, quæ uſque nunc dicta, & ſancita exiſtunt, executioni valeat demandare, volumus, ut poſtquam hæ Synodales Leges Typis datæ erunt, omnes infra menſem Parochi, Eccleſiarumve Rectores, cunctique noſtræ Beneficiati Diœceſis, illos ſub duorum aureorum pœnâ ab uno ex Noſtris quinque Depoſitariis, reſpectivè in præterito Capite recenſitis, qui Curam etiam hanc obtineant harum Conſtitutionum exemplaria diſtribuendi, ut faciliter eas omnes ſibi emere valeant, frequenter legere, & ſemper obſervare, ſibique ſtudeant comparare. Qui unius autem menſis tempore elapſo unum penès ſe exemplar non habuerit, in pœnam ſtatim incidat ſupradictam, & nihilominus ad obſervantiam harum Legum, nec non ad hujus Decreti executionem compelletur.

Ut

Ut autem, quæ statuimus in ædificationem subsistant, & non in destructionem, omnibus, & singulis ad eorum observantiam de jure obstrictis, abdita cordis nostri secreta revelantes, patefacimus arbitrarias pœnas tàm pecuniarias, quàm corporis afflictivas, contra nostrarum Legum transgressores esse Nobis reservatas. Omnes intelligant præthereà, ita Nos pœnas aliquas in delinquentes statuisse in hâc nostrâ Synodo, ut eas si visum fuerit, augendi, vel in alias commutandi, aut extendendi, simul Nobis potestatem reservaverimus, &, sic ubi pœnæ non sunt appositæ, arbitrio nostro pariter imponendi. Declaramus etiam, quod his in Constitutionibus pœnæ non contentæ, à Sacris tamen Canonibus, & Summorum Pontificum Constitutionibus, in Nostrâ Curiâ omninò decretæ attendantur. Cum profectò, non ut Pontificum, & Conciliorum Leges disrumpantur, sed potius ut exactius, faciliusque adimpleantur, hæc nostra Synodalia Decreta facimus promulgari, eorumque districtè præcipimus observantiam, atque sanctæ obedientiæ virtute mandamus.

Cum multæ à Prædecessoribus Nostris sint variis in Diœcesanis Synodis editæ Constitutiones, quibus normam, atque legem accepimus, ne tot in volumina congestæ pariant confusionem; Nos timoratis consulere volentes conscientiis, ad omnes è medio tollendos scrupulos, omnes alias Constitutiones, & pœnas quocumque modo, & ex quâcumque causâ emanatas, & impositas abolemus, abrogamus, & irritas declaramus, præcipientes,

 ut

ut nostræ hæ tantum, quæ præteritarum quodammodo sunt compilatio, & recollectio, & vigili eorum, qui nos in Officio Pastorali præcesserunt labore, ac prudentiâ regestæ serventur, & attendantur ulterius, ut quantum possumus conscientias exoneremus illorum, qui aliquarum nostrorum Prædecessorum legum propter transgressionem aliquâ censurâ, vel irregularitate essent detenti, nunc omni, quâ pollemus auctoritate hic præsentes ab omni excommunicationis vinculo, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & pœnis per vos incursis absolvimus, quas modò ignoratis, & vos Communioni, & Fidelium unitati, & Sanctis Ecclesiæ Sacramentis: *In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen*, restituimus.

Nunc autem sic benedicti, & sanctificati terque quaterque vos enixè deprecamur, & hortamur in Domino, ut has nostras virtutis amore non pœnæ formidine Constitutiones tueamini. Audistis, quot transgressoribus pœnæ sunt appositæ, & illæ licet spirituales sint moderatæ, de ipsis (etenim, ubi reservatio non inest, est subintelligenda, quia semper Nobis volumus facultatem, censuris in hac Synodo appositis, vel Vicario dumtaxàt Nostro Generali, esse reservatam; quando verò non sunt perpetuæ, sed ad dies, & menses, tunc elapso tempore poterunt statim absolvi etiam à Vicariis Foraneis) aliquæ tamen sunt, ut non à jure recedamus. Reliquæ verò pecuniariæ sunt, quos forsitan hisce temporibus magis timeri, quàm spirituales experi-

rimur: quamquam has semper contra non curantes temporales, vel illas eludentes, & præcipuè contrà contumaces inflictas intelligamus. Hinc mens nostra est, quod, quando non possunt, aut non timentur, vel pœnæ pecuniariæ eluduntur, in illo pœna spiritualis casu succedat, suspensio videlicet quoad ordines habentes, excommunicatio verò pro aliis; hoc tamen cum pacto, quod quis duobus, spirituali, nempè, & pecuniariæ, pœnis non subjaceat, sed tantùm unâ, vel alterâ sit afflictus. Hinc in ipsis, si Constitutionibus ambæ contra aliquod delictum pœnæ videantur inflictæ, in sensu non sunt collectivo, sed disiunctivo unâ videlicet, vel altera, & hæc regula existat universalis, intelligendæ.

Et nostrarum sensus ne Constitutionum extorqueatur, illas ad litteram volumus intelligi, & omni penitus, & quâcumque interpretatione remotâ, prout jacent, quæ ex ipsismet verbis de plano, & clarè constant desumantur. Si quid autem hæsitandum, vel his in Nostris Constitutionibus contigerit dubitandum, solummodò Nobis, qui Jus diximus etiam illud interpretandi omnimodam, & absolutam facultatem reservamus.

Cæterum si quid fortè Synodalibus in hisce Constitutionibus, quod Sac. Canonum Sanctionibus, Summorum Pontificum Constitutionibus, & Conciliorum, præcipuè Trid. Decretis repugnet, ex Nobis emanavit, id pro non apposito, neque Decreto haberi volumus, & solemniter declaramus: filiali hinc prorsus obedientiâ Summæ Apo-

sto-

ſtolicæ Sedis correctioni, & omnia humiliter errata, ſi quæ ſunt, ſubjicimus emendationi.

Omnes tandem eâ mentis integritate has Noſtras Synodales leges recipiant, quâ Nos Animarum Noſtræ curæ commiſſarum ſaluti unicè intendentes dictavimus, atque ad Laudem Omnipotentis Dei, Beatiſs. Virginis M., S. Cerbonii Patroni Noſtri, totiuſque Curiæ Triumphantis, ſancivimus.

EXAMINATORES
SYNODALES.

Reverendiſs. D. Joannes Annibal Neri J. U. D. Eques S. Stephani Canon. & Vicarius Generalis Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Epiſcopi.

D. Franciſcus Tolenzani Can., & Cancell. Epiſcop.

D. Saluſtius Baruffi Can., & Ludimagiſter.

D. Silveſter Carli Can.

Ven. D. Marcus Antonius Tantucci Præp., & Vic. For. Campiliæ.

Ven. D. Hieronymus Ferrandini Prothon. Apoſt. & Vic. For. Coſmopolis.

Ven. D. Franciſcus Gelſi Vic. For. Capitis Ilvæ.

Ven. D. Thomas Griphi Pleb. & Vic. For. Caprariæ.

Ven. D. Theodorus Alieti Pleb. Coſmopolis.

Ven. D. Alexius Duroni Pleb. Subereti.

Ven. D. Franciſcus Gaiſof. Pleb. Saſlettæ.

Ven. D. Sebaſtianus Beccani Pleb. Caſtaneti.

Ven.

Ven. D. Jo: Dominicus Feretti Pleb. Bulgari.
Ven. D. Honorius Appiani Pleb. Rivi.
Ven. D. Jo: Kosta Pleb. Capitis Ilvæ.
Ven. D. Bernardinus Antonius Carducci Prior Montis Rotundi.
Ven. D. N. Boselli Præp. Gaburrani Diœc. Crasset.
Ven. D. Petrus Paulus Caselli Pleb. Gerifalchi. Diœc. Volaterr.
Ven. D. Joseph Orsalesi Vice-Curatus Campiliæ.
Rev. Horatius Gallini.
Rev. Antonius Montemerli. J. U. D.
Rev. Joseph Cajetanus.
Ven. D. Julius Vantini Vic. For. S. Officii.
Rev. Antonius Ridolfi Synodi Secr.
Rev. Stephanus Stephani. J. U. D. Ludim. Cosm.
Rev. Julius Antonius Bonetti.
Rev. Matthæus Neri J. U. D.

EX RELIGIONE AUGUSTINIANA.

P. Bernardinus Ciani Regens.
P. M. N. Mascambroni.
P. M. Joseph Bocci.
P. N. Nardi Prior Plumbini Baccalaurus.

EX RELIGIONE MIN. CONVENTUALIUM.

Adm. Rev. P. M. Ambrogii Inquisit. Gen. Senen.
P. M. Chrysostomus Maschalchi Theologus.
P. M. N. Narducci.
P. M. N. Luti.

EX

EX RELIGIONE MIN. OBSERVANTIÆ.

P. Jo: Paulus Baſſotti Lector Jubilatus.
P. Julianus Giuliani Lector Jubilatus.
P. Franciſcus Guardianus Coſmopolis.
P. Aloyſius Ferrandini Lector.

TESTES SYNODALES IN CONTINENTE.

D. Jo: Baptiſta Neri Can.
D. Jo: Baptiſta Moncini Can.
D. Joſeph Merlotti Can.

IN INSULA ILVÆ.

Rev. Andræas Fracaſſini.
Rev. Petrus Paulus Paolini.
Rev. Jo: Paulus Topi.
Rev. Nicolaus Pirozzo.
Rev. Matthæus Sardi.
Rev. Juſtus Botti.
Rev. Jo: Mazzarri.

PROMOTORES FISCALES IN CONTIN.

Rev. Bernardinus Moncini.

IN INSULA ILVÆ.

Rev. Antonius Ridolfi Sec. Synodi.

COL-

COLLECTORES ELEEMOSYN. TERRÆ S.

D. Antonius Franciſcus Tolenzani Can. & Canc. Epiſcopalis.
Ven. D. Hieronymus Ferrandini Capell. Coſm. &c.

DEPOSITARII IN CONTINENTE.

Ven. D. Marcus Antonius Tantucci Præp. &c.

IN INSULIS ILVÆ, ET CAPRARIÆ.

Ven. D. Hieronymus Ferrandini Cap. Vic. For. &c.
Ven. D. Franciſcus Gelſi Vic. For. Capitis Ilvæ.
Ven. D. Thomas Griphi Pleb. & Vic. For. Caprariæ.

MAGISTRI CÆREMON. IN CONTINENTE.

Rev. Noſter Cæremoniarius.

IN INSULA ILVÆ.

Rev. Antonius Ridolfi Secr. hujus Diœceſanæ Synodi Maſſanen.

Lectæ, & promulgatæ fuerunt ſupraſcriptæ Conſtitutiones, & Synodalia Decreta coràm Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino Domino Euſebio Ciani, Patritio Senenſi, Dei, & S. Apoſtolicæ Sedis gratiâ Maſſæ, & Populoniæ Epiſcopo,

nec non universo Clero in Cathedrali Ecclesiâ Massanâ, servatis de more servandis, legitimè Congregato per me Secretarium infrascriptum altâ, & intelligibili voce anno ab Incarnatione D. N. J. C. millesimo septingentesimo vigesimotertio die decimaoctavâ, decimanonâ, & vigesimâ Mensis Aprilis, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divinâ Providentiâ Papæ XIII. Anno Secundo, & Serenissimo Cosmo III. Magno Etruriæ Duce VI. feliciter Imperante, & per verbum Placet, videlicet nemine discrepante ab universo Cœtu approbatæ fuerunt, ibidem præsentibus, & audientibus RR. DD. Jo: Baptista Neri, & Francisco Ricci Sacerdotibus Senen., ac familiaribus D. S. Illustrissimæ, & Reverendissimæ, & aliis quamplurimis Testibus. In quorum &c.

Ego Antonius Ridolfi Not. Ap., & Synodi Diœcesanæ Massanen. Secr. Rogatus ea ipsa Decreta in Acta publica redegi, meâ manu subscripsi, meique Signi impressionem apposui &c.

Laus Deo B. Virgini, nec non
Divo Cerbonio
Patrono.

De Ordine, &c. vidit Franciſcus Ciuffarini Canonicus Coadiutor Eccleſiæ Cathedralis.

Imprimatur.

CÆSAR BARTOLOMEI ARCHIPRESBYTER PROVIC. GEN. CAPIT.

JO: JACOBUS ORSUCCI ILLUSTRISS. OFF. SUP. JURISD. PRÆP.

TABULA CAPITUM,

Quæ in hac Synodo continentur.

INDEX

DECRETORUM.

De Prædicatione Verbi Dei.

De Sacramento Eucharistiæ.

De Sacrosancto Missæ Sacrificio.

Re-

Dec.

Dec.

For-

FINIS.

ERRATA.

Lector piè, ac benevolè hisce in paginis, utpotè Disciplinam Ecclesiasticam referantibus, non lynceis oculis materialitatem vanitatemque verborum, sensum non immutantium, exceptis inferius exaratis erroribus majoris momenti, sed recta mentis ratione Dogmatum formalitatem Religiosè, clementerque perpende.

Pag.	Lin.	ERROR.	CORRECTIO.
66.	28.	eligenda	exigenda
116.	24.	adimplementa	adimplenda
117.	13.	atiam	etiam
118.	13.	prædiftis	prædictis
119.	26.	Sacripantæ	Sacripantes
120.	25.	Ordinatios	Ordinarios
121.	18.	affignentur	affigantur
122.	21.	ftipendum	ftipendium
124.	23.	esst	esse
135.	30.	Confessionis	Confessiones
152.	24.	Plo	Pio
164.	18.	amatoris	amatorias
172.	4.	secenda	secunda
190.	10.	implulsu	impulsu
194.	7.	tandù	tamdiù
202.	16.	commoventur	commorentur
205.	28.	iniuriam	incuriam
244.	24.	imminent	imminet
246.	18.	illum	ullum
251.	26.	deceant	deceat
268.	7.	Grangiis	Granciis
313.	4.	porre	portare
320.	14.	adiunctæ	adiunctas
322.	28.	iaque	itaque
328.	3.	subftractionis	subtractionis
339.	29.	ritum	situm
353.	29.	diù	die
355.	12.	Insulam	Insula
366.	7.	Sædere	fœdere
373.	29.	Gesta	Festa
404.	27.	piorum	piarum



